tis postea nouis tribulibus · qui ex eo agro uenirent · appellata · Appius inter patres lectus ·
sabinus.
Haud ita multo post in principū dignationē pcuit · Consules in festo exercitu in agrū sabinum
pfecti · cū ita uastatione dein pīlio affluxissent opes hostiū · ut diu nihil inde rebellionis time
re possent · triumphantes romā redierunt · Publius ualerius omniū consensu princeps
belli pacisq; artibus · anno post agrippa menenio · p · postumio consulibus · moritur · gta
ingenti · copus familiaribus adeo exiguus · ut funeri sumptus deēt · De publico est datus ·
cui funeri deeth.
luxere matronæ ut bruti · Eodem anno dux coloniæ latinæ pometia et cora ad aurun

cos deficiunt. Cū auruncis bellū initū fusoq. ingenti exercitu qui se ingredientibus
fines consulibus ferociter obtulerat omne aurūcū bellū pometiā conpulsū ē. nec
magis post proeliū quā in proelio cædibus tēperatū ē. et cæsi aliquot plures erant
quā capti. et captos passim trucidauerunt. nec ab obsidibus quidē qui trecenti accep
ti numero erant. ira belli abstinuit. et hoc anno romæ triūphatū. secuti cōs. opīt
uerginius. sp̄ cassius. pometiā primo ut deinde uineis aliisq. operibus oppugna
runt. In quos aurunci magis iā inexpiabili odio quā spe aliqua aut occasione co
horti. Cū plures igni ferro armati excucurrissent. cæde incendioq. cuncta cōplent.
uineis incensis. multis hostiū uulneratis et occisis. consulū quoq. alterū sed uerū
nomen auctores non adiciunt. Graui uulnere ex equo deiectū prope intfecerunt.
Romā inde male gestare reditū. Inter multos saucios cōs spe incerta uitæ relic
tus. inter iecto deinde haud magno spacio qd uulneribus curandis supplendoq. exer
citui satis eēt. Cū ira maiore bellū tū uiribus etiā auctis. pometiæ arma inlata. et cū uine
is refectis aliaq. mole belli iā in eo eēt ut in muros euaderet miles. deditio ē facta. Cæterū
nihil ominus foede dedita urbe quā si capta foret. aurunci passim principes securi per
cussi. sub corana uenierunt coloni alii. oppidū dirutū. ager uenit. Consules magis ob
iras grauiter ultas quā ob magnitudinē pfecti belli triūpharunt. Insequens annus pos
tumiū comuniū. et t. largiū cōns habuit. Eo anno romæ cū pludos ab sabinorū iuuen
tute plasciuiā scorta raperentur. concursu hominū rixa ac prope proeliū fuit. paruaq.
exre ad rebellionē spectare res uidebatur. Supra belli latini metū id quoq. accesserat.
quadraginta iā coniurasse populos concitante octauio mamilio satis constabat. in hac
tantarū expectatione rerū. sollicita ciuitate. dictatoris primū creandi mentio orta. Sed nec
quo anno nec quibus facta consulibus. quia ex factione tarquiniana essent id quoq. enī
traditur. parū creditū sit. nec quis primū dictator creatus sit satis constat. Apud ueterrimos
tamen auctores t. largiū dictatorē primū sp̄. cassiū magistrū equitū creatos inuenio.
consulares legere ita lex iubebat. de dictatore creando lata. eo magis adducor ut
credā largiū qui consularis erat. potius quā m. ualeriū. m. ū. filiū uolesi nepotē quin
dū cōs fuerat moderatorē et magistrū consulibus appositū. quisi maxime ex ea
familia legere dictatorē uellent patrē multo potius m. ualeriū. spectatæ uirtutis
et consularē uirū legissent. Creato dictatore primū romæ post quā p̄ ferri secu
res uiderunt. magnus plebē metus incessit. ut intentiores essent addicto paren
dū. Neq. enī ut in consulibus qui pari potestate essent. alterius auxiliū neq. pro
uocatio erat. neq. ullū usquā nisi in cura parendi auxiliū. Sabinis etiā creatus ro
mæ dictator eo magis qd propter se creatū crediderant. metū incussit. Itaq. lega
tos de pace mittunt. Quibus orantibus dictatorē senatūq. ut ueniā erroris ho

scorta.

dictatoris creandi.

minibus adulescentibus darent. responsū ignosci adulescentibus posse. senibus non posse.
qui bella ex bellis sererent. Actū tamen ē de pace impetrata quæ foret. siqd impen
sæ factū in bellū erat. præstare sabinū. Idem postulatū erat inanimū induxissent.
bellū indictū. tacitæ induciæ quietū annū tenuere. Cons. seruilius. sulpicius. m. ma
milius. tullus. Nihil dignū memoria actū est. Titus ebucius deinde. et. c. uetusius. His
consulibus fidenæ obsessæ. crustumeria capta. p̄neste ab latinis ad romanos desciuit.
nec ultra bellū latinū gliscens iam p aliquot annos dilatū. Aurelius postumius dictator. titus ebu
tius magister equitū magnis copiis peditū equitū q. pfecti. ad lacū regillū in agro tusculano
agmini hostiū occurrerunt. et quia tarquinios ēē in exercitu latinorū auditū est. sustine
ri ia non potuit. quin extemplo confligerent. Ergo etiā p̄liū aliquanto quā cætera grauius
atq. atrocius fuit. Non enim duces ad regendā modo consilio rem affuere. sed suismet ip
sis corporibus dimicantes miscuere certamina. nec quisquā pcerū ferme hac aut illa ex
acie sine uulnere p̄ter dictatorē romanū excessit. In postumiū prima in acie suos ad
hortantē instruentēq. tarquinius sup̄bus quamquā iam ætate et uiribus erat grauior.
equū infestus admisit. ictusq. ab latere. concursu suorū receptus in tutū est. et ad alte
rū cornu ebutius magister equitū in octauiū mamiliū impetū dederat. nec fefellit in ue
niens tusculanū ducē. Contra quē & ille concitat. tantaq. uis infestis uenientiū hastis fu
it. ut brachiū ebutio traiectū sit. mamilio pectus pcussū. Hunc quidē in secundā aciem
latini recepere. Ebutius cū saucio brachio tenere telū non posset pugna excessit. La
tinus dux nihil deterritus uulnere proeliū ciet. et quia suos pculsos uidebat. ar
cessit cohortē exulū romanorū. cui lucii tarquinii. f. præerat. Eo quo maiore pugna
bat ira oberepta bona. patriāq. ademptā. pugnā parūp restituit. Referentibus iam
pedē ab ea parte romanis. m. ualerius publicolæ fr. conspicatus ferocē iuuenē tarqui
niū ostentantē se in prima exulū acie domestica etiā gl̄a accensus. ut cuius familiæ decus
eiecti reges erant. eiusdē interfecti forent. subdit calcaria equo. & tarquiniū infesto spicu
lo petit. Tarquinius retro in agmen suorū infenso cessit hosti. Ualeriū temere inuectū in
exulū aciē ex transuerso quidam adortus transfigit. Nec quicquā equitis uulnere equo re
tardato. moribundus romanus labentibus sup corpus armis ad terrā defluxit. Dictator
postumius postquā cecidisse talē uirū. exules ferocit̄ cito agmine inuehi. suos pculsos cede
re animaduertit. cohorti suæ. quā delecta manu p̄sidii causa circa se habebat dat signum.
ut quē suorū fugientē uiderint. p hoste habeant. Ita metu ancipiti uersi a fuga romani
in hostē. et restituta acies. cohors dictatoris tū primū proeliū iniit. integris corporibus
animisq. fessos adorti exules cedunt. ibi alia int̄ pceres coorta pugna. Imperator lati
nus. ubi cohortē exulū a dictatore romano ppe circūuentā uidit. ex subsidiariis mani
pulos aliquot in primā aciē secū rapit. Hos agmine uenientes. t. herminius legatus con

Ad lacū regillū cōtra tarquinios horrendissimū p̄liū.

tarquinius sup̄bus euasit

s. mamilius.

ualerius cecidit nobilis romanus

sup̄ deest.

spicatus· inter q· eos insignē ueste armisq· mamiliū noscitans· tanto ui maiore quā paulo ante magister equitū· cū hostiū duce proeliū iniit· ut et uno ictu transfixū p latus occideret mamiliū· et ipse inter spoliandū corpus hostis· ueruto percussus cū uictor in castra ēet relatus· inter primā curationē exspirauerit· Tū ad equites dictator aduolat· obtestans· ut fesso iam pedite descendant· ēq· equis· et pugnā capessant· Dicto paruere· Desiliunt ex equis· puolant in primum· et parte signanis parma obiciunt· Recepit extemplo animū pedestris acies· postquā iuuentutis pceres æquato genere pugnæ secū partē periculi sustinentes uidit· tū demū inpulsi latini· pculsa q· inclinau tacies· equitū ad motū equi· ut psequi hostē possēt· Secuta et pedestris acies· Ibi nihil nec diuinæ nec humanæ opis dictator ptermittens· ædē castori uouisse fertur· ac pronuntiasse militi præmia qui primus qui secundus castra hostiū intrasset· Tantus q· ardor fuit ut eodē impetu quo fuderant hostē romani castra caperent· Hoc modo ad lacū regillū pugnatū ēst· Dictator et magister equitū triūphantes inurbē rediere· Triennio deinde nec certa pax nec bellū fuit· Cōss quintus cloelius et ē lartius· inde ā sempronius· et m· mucius· His consulibus ædes saturno dedicata· Saturnalia instituta festus dies· Nullus deinde postumius et ē uerginius cōss facti· Hoc demū anno ad regillū lacū pugnatū apud quos dā inuenio· aulū postumiū quia collega dubiæ fidei fuerit se consulatu abdicasse· dictatorē inde factū· Tanti errores implicant tēporū· aliter apud alios ordinatis magistratibus· ut nec qui consules secundū quos dā· nec quid quoq· anno actū sit in tanta uetustate non rerū modo sed etiā auctorū digerere possis· Appius claudius deinde et p· seruilius cōss facti· Insignis hic annus nuncio tarquini mortis· Mortuus cum is· et quo sē post fractas opes latinorū· ad aristodimū tyrannū contulerat· Eo nuntio erecti patres erecta plebes· Sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia· Plebi cui a deā diē summa ope inseruitum erat· In uuriæ a primoribus fieri coepere· Eo dē anno signia colonia quā rex tarquinius deduxerat· suppleto numero colonorū ter ū deducta est· romæ tribus una· et xxx factæ· ædes mercurii dedicata est· Cū uolscorū gente latino bello neq· pax neq· bellū fuerat· Hā et uolsci cōparauerant auxilia quæ mitterent latinis· ni maturatū a dictatore romano esset· et maturauit romanus ne proelio uno cū latino uolsco q· contenderet· Hac ira consules in uolscū agrū legiones duxere· Uolscos consilii pœnā non metu ente s nec oppinata res perculit· Armorū inmemores obsides dant· tū principū a cora atq· pometia liberos· Ita sine certamine inde abducta legiones· Hæc ita multo post uolsci leuatis metu suū redit ingeniū· Rursus occultū parant bellū· hernicis in societatē armorū ad sūptis legatos quoq· ad sollicitandū latiū passim dimittunt· sed recens ad regillū lacū accepta clades latinos ira odio q· euis quicūq· arma suaderet· ne ab legatis qui dē uolandis abstinuit· Cōprehensos uolscos romā duxere· ubi traditi consulibus· indicatū est uolscos hernicosq· parare bellū romanis· Relatare· ad senatū adeo fuit gratū

Mamilij ge ni tarquinij er ad· Sp· hermi ni· ei occiso exspirat.

edē castori.

edes latino.

Saturnalia.

tarquinij gentis.

edes mercurij.

patribus. ut et captiuorū sex milia latinis remitterent. et de foedere quod ꝓ
pe imperpetuū negatū fuerat rem ad nouos magistratꝰ traicerent. Enim
uero tum latini gaudere facto. pacis auctores in ingenti gl̄a ēē. coronā aureā ioui donum
in capitoliū mittunt. cū legatis dono q̄. Qui captiuorū remissi ad suos fuerant. mag
na circumfusa multitudo uenit. pergunt domos eorū apud quē quisq̄ seruierant.
gracias agunt. liberaliter habiti culti q̄ in calamitate sua. inde hospitia iungunt.
Numquā alias ante publice priuatim q̄ latinū nomen romano imperio coniuncti
us fuit. Sed et bellū uolscum imminebat. & ciuitas secū ipsa discors intestino inter
patres plebem q̄ flagrabat odio. Maxime ꝓpter nexos ob æs alienū fremebant. se fo
ris ꝓ libertate et imperio dimicantes. domi a ciuibus captos & oppressos ēē. tutiorem
q̄ in bello quā in pace. et inter hostes quā inter ciues libertatē plebis ēē. inuidiā q̄ eā
sua sponte gliscentē. insignis unius calamitas accendit. Magno natu quidā cū om
niū maiorū suorū insignibus se in forū ꝓiecit. Obsita erat squalore uestis. foedior
corporis habitus. pallore ac macie ꝑempti. ad hoc ꝓmissa barba et capilli efferauerant
speciē oris. Noscitabatur tamen in tanta deformitate. et ordines duxisse aiebant.
alia q̄ militiæ decora uulgo miserantes eū iactabant. ipse testes honestarū aliquot
locis pugnarū cicatrices aduerso pectore ostentabat. Scisscitantibus unde ille ha
bitus. unde deformitas. cū circūfusa turba ēēt ꝓpe in contionis modū. sabino bello ait
se militantē. quia ꝓpter populationes agri non fructu modo caruerit. sed uilla incensa
fuerit. direpta om̄a. pecora abacta. tributū iniquū suo tempore imperatū æs alienū fe
cisse. id cumulatū usuris primo se agro paterno auito q̄ exuisse. deinde fortunis aliis.
postremo uelud tabē ꝑuenisse ad corpus. ductū se ab creditore non in seruitiū. sed in er
gastulū & carnificinā ēē. Inde ostentare tergū foedū recentibus uestigiis uerberū. Ad
hæc uisa audita q̄ clamor ingens oritur. non iam foro se tumultus sustinet. sed passim
totā urbē ꝑuadit. Nexu uincti soluti q̄ se undiq̄ in publicū ꝓripiunt. implorant qui
ritiū fidē. nullo loco deest seditionis uoluntarius comes. multis passim agminibus ꝑ
om̄s uias cū clamore in forū curritur. magno cū periculo suo qui forte patrū in foro erant.
in eā turbā inciderunt. Nec temperatū manibus foret. ni ꝓpere consules. p̄. seruilius et
appius claudius ad comprimendā seditionē interuenissent. In eos multitudo uersa os
tentare uincula sua. deformitatē q̄ aliā. hæc se meritos dicere exꝓbrantes. suā quisq̄
alius alibi militiā. Postulare minaciter magis quā suppliciter. ut senatū uocarent.
curiā q̄ ipsi futuri arbitri. moderatores q̄ publici consilij. Circumsistunt pauci ad mo
dū patrū. quos casus obtulerat. contracti ab consulibus. Cæteros metus non curia modo
sed etiā foro arcebat. nec agi quicquā ꝑ infrequentiā poterat senatus. Cum uero elu
di atq̄ extrahi se multitudo putaret. et patrū qui abessent. non casu. non metu. sed

impediendæ rei causa abēē · et consules ipsos tergiuersari · nec dubiæ ludibrio ēē · miserias suas ·
iam ꝓpe erat · ut ne consulū quidē maiestas coerceret iras hominū · Cum incerti morando an
ueniendo plus periculi contraherent · tandē in senatū ueniunt · frequentiq; tandem inde curia non mo
do inter patres · sed ne inter consules quidē ipsos satis conueniebat · Appius uehementis inge
nii uir · imperio consulari rem agendā censebat · uno aut altero arrepto · quieturos alios · serui
lius lenibus remediis aptior · concitatos animos flecti quā frangi putabat cū tutius tum faci
lius ēē · Inter hæc maior alius terror · latini equites cū tumultuoso aduolant nuncio · uolscos in maior terror
festo exercitu ad urbē oppugnandā uenire · Quæ audita adeo duas ex una ciuitate discordia
fecerat · longe aliter patres ac plebē afficere · Exultare gaudio plebes · ultores superbiæ patrum
adēē dicere deos · Alius alium confirmare · ne nomina darent · cū omnibus potius quā solos
perituros · patres militarent · patres arma caperent · ut penes eosdem pericula belli · penes quos
præmia essent · At uero curia mesta ac trepida ancipiti metu et ab ciue et ab hoste · seruiliū con
sulē cui ingeniū magis populare erat · orare · ut tantis circūuentam terroribus expediret rē
publicam · Tum cons̄ misso senatu in contionē ꝓdit · Ibi curæ ēē patribus ostendit · ut con
sulatur plebi · cæterū deliberationi · de maxima quidē illa · sed tam̄ parte ciuitatis metum
ꝓ uniuersa re · p̄ · interuenisse · nec posse cū hostes ꝓpe ad portas essent · bello p̄uertisse quic
quā · nec si sit laxamenti aliquid · aut plebi honestū ēē · nisi mercede prius accepta arma ꝓpa
tria non cepisse · neq; patribus satis decorū · ꝑ metū potius quā postmodū uoluntate afflictis ci
uiū suorū fortunis consuluisse · Contioni deinde edicto addidit fidē · quo edixit · ne edicto.
quis ciuē romanū uinctū aut clausū teneret · quominus ei nominis edendi apud consu
les potestas fieret · neu quis militis donec in castris ēēt · bona possideret aut uenderet · liberos ne potes
ue moraretur · Hoc ꝓposito edicto · et quia erant nexi uinculati · ꝓfiteri extemplo nomina · et un
diq; ex tota urbe ꝓripientiū se ex priuato · cū retinendi ius creditori non ēēt · concursus in
forū ut sacramento dicerent fieri · magna ea manus fuit · Neq; aliorū magis in uolsco bel
lo uirtus atq; opera enituit · Consul copias contra hostē educit · paruo dirimente inter
uallo castra ponit · Proxima inde nocte uolsci discordia romana freti · si qua nocturna tran
sitio ꝓditio ue fieri posset · temptant et castra · sensere uigiles · excitatus exercitus · Signo da
to · concursū est ad arma · ita frustra id inceptū uolscis fuit · Reliquū noctis utrimq; quieti
datū · postera die prima luce uolsci fossis repletis · uallū inuadunt · iamq; ab omni par
te munimenta uellebantur · Cū cons̄ quamquā cuncti undiq; et nexi ante om̄s ut signū
daret clamabant · experiendi animos militū causa parum ꝑ moratus · postquā satis appa
rebat ingens ardor · dato tandē ad erumpendū signo · militē auidū certaminis emittit ·
Primo statim incursu pulsi hostes · fugientibus quoad insequi pedes potuit terga cæsa ·
eques usq; ad castra pauidos egit · Mox ipsa castra legionibus circumdatis · cū uolscos inde
etiā pauor expulisset · capta direptaq; · Postera die ad suessam pometiā quo confugerat

hostes· legionibus ductis· intra paucos dies oppidū capitur· captū prædæ datū· inde pau
lū recreatus egens miles Consul cū maxima gloria sua uictorē exercitū romā reducit· dece
dentē romā ecetranorū uolscorū legati rebus suis timentes post pometiā captam
26 adeunt His ex sc̄· data pax· ager ademptus· confestim & sabini romanos territaue
re Tumultus enī fuit uerius quā bellū· nocte in urbe nunciatū est· exercitū sabinū
prædabundū ad anienē amnē peruenisse· ibi passim diripi atq· incendi uillas Mis
sus extēplo eo cū omnibus copiis equitū· ā· postumius· qui dictator bello latino fue
rat· secutus consul seruilius cū delecta peditū manu· plerosq· palantes eques circū
uenit Nec aduenienti peditū agmini restitit sabina legio· fessi cū itinere· tū popu
latione nocturna· magna pars in uillis repleti cibo uinoq· uix fugæ qđ satis eēt uiriū
habuere Nocte una audito perfecto q· bello sabino· postero die in magna iā spe un
diq· paratæ pacis· legati aurunci senatū adeunt· ni decedatur uolsco agro bellū indicen
tes Cū legatis simul exercitus auruncorū domo profectus erat Cuius famæ haud procul
iā ab aricia uis tanto tumultu conciuit romanos· ut nec consuli ordine patres nec paca
tū responsū arma inferentibus· arma ipsi capientes dare possent· ariciā infesto agmine it·
nec procul inde cū auruncis signa conlata· proelioq· uno debellatū est fusis auruncis uic
tor tot intra paucos dies bellis romanus promissa consulis fidēq· senatus expectabat
Appius
Cū appius et insita superbia animo et ut collegæ uanā faceret fidē· quā asperrime po
terat ius decretis pecuniis dicere· deinceps et qui ante nexi fuerant creditoribus tra
debantur· et nectebantur alii· quod ubi cui militi inciderat· collegā appellabat·
Concursus ad seruiliū fiebat Illius promissa iactabant· illi exprobrant· sua quisq· bel
li merita· cicatricesq· acceptas· postulabant ut aut referret ad senatū· aut ut auxi
lio eēt consul ciuibus suis· imperator militibus mouebant cōns hæc· sed tergiuer
sari res cogebant· adeo in alterā causā non collega solū preceperat· sed omnis factio no
biliū· ita mediū se gerendo nec plebis uitauit odiū· nec apud patres grām iniit· patres
mollē consulē et ambitiosū rati· plebes fallacē· Breuiq· apparuit æquasse eum
appii odiū Certamen consulibus inciderat· uter dedicaret mercurii ædē· sena
tus a se rem ad populū reiecit· utri eorū dedicatio iussu populi data esset· eum
preesse annonæ· mercatorū collegiū instituere· sollēnia pro pontifice· iussit
suscipere populus dedicationē ædis· m̄· lætorio· primipili centurioni· qđ faci
le apparet· non tā ad honorē eius cui curatio altior fastigio suo data esset
factū· quā ad consulū ignominiā Seuire inde utrūq· consulū alter· patres
q· sed plebi creuerant animi· et longe alia quā primo instituerant uia
grassabantur Desperato enī consulū senatusq· auxilio cū in uis duci debito
rē uidissent· undiq· conuolabant· neq· decretū exaudiri consulis præstre

pitu et clamore poterat · neq· cū decresset · quisquā obtemperabat · Ui agebatur metusq· omīs · et pe
riculū libertatis · Cū in conspectu consulis singula pluribus uiolarentur · in creditores a debitori
bus uerterant · Sup hæc timor incessit sabini belli · dilectu q· decreto · nemo nomen dedit · furente
appio · et insectante ambitionē collegæ · qui populari silentio rē publicā pderet · et adid qd de
credita pecunia ius non dixisset adiceret · ut ne dilectū quidē ex · s · c · haberet · non ēē tam deser
tā omnino rem · p · neq· piectū consulare imperiū · se unū et suæ maiestatis uindicē fore · Cum
circumstaret cotidiana multitudo licentia accensa · arripi unū insignē ducē seditionū iussit ·
Ille cū a lictoribus iam traheretur · puocauit · nec cessisset puocationi consul · quia non dubiū erat po
puli iudiciū · ni egræ uicta pertinatia foret · consilio magis et auctoritate principū quā populi cla
more · Adeo superant animi ad sustinendā inuidiā · Crescere inde malū in dies non clamoribus mo
do apertis · sed qd multo pniciosius erat · secessione occultisq· colloquiis · Tandē inuisi plebi cons ma
gistratu abeunt · Seruilius neutris · appius patribus · mire gratus · Aulus uerginius inde · et · t · 28
uetusius consulatū ineunt · Tum uero plebs incerta quales habitura consules ēēt · cætus noc
turnos · pars esquiliis · pars in auentino facere · ne in foro subitis trepidaret consiliis · et omā teme
re ac fortuito ageret · Eam rē consules rati ut erat pniciosā · ad patres deferunt · Sed delatā con
sulere ordinē non licuit · adeo tumultuose excepta est clamoribus undiq· et indignatione
patrū · siqd imperio consulari exequendū ēēt · inuidiā eius consules ad senatū reicerent · profec
to si essent in re publica magistratus · nullū futurū fuisse romæ nisi publicū conciliū · nunc
in mille curias contionesq· cū alia in esquiliis · alia in auentino fiant concilia · dispersam
et dissipatā ēē rem publicā · unū hercle iurū id enim plus ēē quā consulē qualis appius clau
dius fuerit · momento temporis discussu illos coetus fuisse · Correpti consules cum quid ergo
se facere uellent · nihil enim segnius mollius ue quā patribus placeat acturos percunctaren
tur · decernunt · ut dilectū quā acerrimū habeant · ocio lasciuire plebē · Dimisso senatu · consu
les in tribunal ascendunt · citant nominatim iuniores · Cum ad nomen nemo responderet ·
circumfusa multitudo in contionis modū negaret ultra decipi plebē posse · numquā unū
militē habituros · ni prestaretur fides publica · libertatē unicuiq· prius reddendā ēē · quā ar
ma danda · ut p patria ciuibusq· non p dominis pugnent · Consules quid mandatū ēēt a se
natu uidebant · sed eorū qui intra parietes curiæ ferociter loquerentur · neminē adeē inui
diæ suæ participem · et apparebat atrox cum plebe certamen · Prius itaq· quam ultima ex
perirentur · senatū iterū consulere placuit · Tum uero ad sellas consulū ppe conuolaue
re minimus quisq· natu patrū abdicare consulatū iubentes · et deponere imperiū · ad qd
tuendū animus deesset · Utraq· re satis experta · tū demū consules ne prædictū negetis · pa 29
tres conscripti · adest ingens seditio · Postulamus · ut hi qui maxime ignauiā increpant · as
sint nobis habentibus dilectū · acerrimi cuiusq· arbitrio quando ita placet rem agemus · Re
deunt in tribunal · citari nominatim unū ex his qui in conspectu erant dedita opera iubent

Cum staret tacitus· et circa eū aliquot hominū ne forte uiolaretur constitisset globus· lic
torē ad eū consules mittunt· quo repulso· tū uero indignū facinus esse clamitantes qui
patrū consulibus aderant deuolant de tribunali· ut lictori auxilio essent· Sed ab lic
tore nihil aliud quā prendere prohibito· Cū conuersus in patres impetus eēt· consulū
inter cursu rixa sedata est· in qua tamen sine lapide sine telo plus clamoris atq· ira
rū quā iniuriæ fuerat· senatus tumultuose ꝯuocatus· tumultuosius consulitur·
questionē postulantibus his qui pulsati fuerant· decernente ferocissimo quoq· non
sentēciis magis quā clamore et strepitu· Tandē cū iræ resedissent exprobrantibus con
sulib· nihilo plus sanitatis in curia quā in foro esse· ordine consuli coepit· Tres fuere sen
tenciæ· ꝑ uerginius rem non uulgabat· de his tantū qui fidē secuti publii seruilii·
cos· Uolsco aurunco sabinoq· militassent bello agendū censebat· Titus· largius·
non id tēpus esse ut merita tantū modo exsoluerentur· totā plebē ære alieno
demersā esse· nec sisti posse ni omnibus consulatur· quin si alia aliorū sit condicio·
accendi magis discordiā quā sedari· Ap· claudius· et natura inmitis· et effera
tus hinc plebis odio· illinc patrū laudibus· non miseriis ait· sed licentia tantū
concitū turbarū· et lasciuire magis plebē quā seruire· id adeo malū ex prouo
catione natū· quippe minas esse consulū non imperiū· ubi ad eos qui una pec
cauerint prouocare liceat· agendū inquit· dictatorē a quo prouocatio non
est creemus· iā hic quo nunc omīa ardent conticesset furor· pulset et tū mi
hi lictorē· qui sciet ius detergo uitaq· sua penes unū illū unū ēē· cuius maiesta
tē uiolauit· Multis ut erat horrida et atrox uidebatur appii sententia· Rursus uergi
nii largiiq· exemplo haud salubres· Utiq· largii putabant sententiā· quæ totam
fidē tolleret· Mediū maxime et moderatū utroq· consiliū uerginii habebatur· Sed
factione respectuq· rerū priuatarū quæ semper offecere officientq· publicis consilus·
appius uicit· ac ꝓpe fuit· ut dictator ille idem crearetur· quæ res utiq· alienasset plebem
periculissimo tempore· cū uolsci æquiq· et sabini forte una omīs in armis essent· Sed
curæ fuit consulibus et senioribus patrū· ut imperio suo uehemens mansueto ꝑmit
teretur ingenio· Marcū ualeriū dictatorē uolesi filiū creant· Plebes etsi aduersus
se creatū dictatorē uidebat· tamē cū ꝓuocationē fratris lege haberet· nihil ex ea familia
triste nec suꝑbū timebat· Edictū deinde a dictatore ꝓpositū confirmauit animos· ser
uilii fere consulis edicto conueniens· sed et homini et potestati melius rati credi· omisso
certamine· nomina dedere· quantus numquā ante exercitus· legiones· x· effectæ·
Ternæ inde datæ consulibus· quattuor dictator usus· Nec iam poterat bellū differ
ri· æqui latinū agrū inuaserant· Oratores latinorū a senatu petebant· ut aut mitte
rent subsidiū· aut se ipsos tuendorū finiū causa capere arma sinerent· Tutius iusum

est defendi inermes latinos. quā pati retractare arma. Vetusius cons̄ missus est. Is finis
illis nihil populationibus fuit. Cessere æqui campis. loco q. magis quā armis freti. summis
se iugis montiū tutabantur. Alter consul in uolscos ꝓfectus. ne ꝯ ipse tereret tempus.
uastandis maxime agris. hostē ad conferenda ꝓpius castra. dimicandū q. acie. exci
uit. Medio inter castra campo ante suū quisq. uallū infestis signis constitere. Mul
titudine aliquantū uolsci superabant. Itaq. effusi ꝯ contemptim pugnā iniere. Cons̄
romanus nec ꝓmouit aciē. nec clamorē reddi passus. defixis pilis stare suos iussit.
Ubi ad manū uenisset hostis. tū cohortes tota ui gladiis rem gerere. Uolsci cursu ꝯ cla
more fessi. cū se uelud stupentibus metu intulissent romanis. postquā impressio
nē sensere ex aduerso factā. et ante oculos micare gladios. haud secus quā si insidi
as incidissent turbati uertunt terga. et ne ad fugā quidem satis uiriū fuit. quia
cursu in p̄liū ierant. Romani contra. quia in principio pugnæ quieti steterant.
uigentes corporibus facile adepti fessos. et castra impetu cæperunt. et castris exutū
hostē uelites ꝑsecuti. uno agmine uictores cū uictis in urbē irrupere. Plusq. ibi san uelites. X
guinis ꝓmiscua omniū generū cæde quā in ipsa dimicatione factū. Paucis data ue
nia. qui inermes in deditionē uenerunt. Dū hæc in uolscis geruntur. dictator sa 31
binos ubi longe plurimū belli fuerat. fundit fugat q. exuit castris. equitatu inmis
so. mediā turbauerat hostiū aciem. Quadū se cornua latius pandunt. parū apte
introrsū ordinibus aciē firmauerant. Turbatos pedes inuasit. Eodem impetu castra
capta. debellatū q. est. post pugnā ad regillū lacū non alia illis annis pugna cla
rior fuit. Dictator triumphans urbē inuehitur. sup̄ solitos honores. loc⁹ in circo ipsi
posteris q. ad spectaculū datus. Sella in eo loco curulis posita. Uolscis deuictis ueli
ternus ager ademptus. uelitras coloni ab urbe missi. et colonia deducta. Cum æquis
post aliquanto pugnatū est inuito quidē consule. quia loco iniquo subeundū erat ad
hostes. Sed milites extrahi rē criminantes. ut dictator priusquā ipsi redirent in ur
bē magistratu abiret. irritaq. sicut ante consulis ꝓmissa eius caderent. ꝑpulere. ut
forte temere in aduersos montes agmen erigeret. Id male commissū ignauia hostiū in bonū
uertit. Qui priusquā ad coniectū teli ueniretur. obstupefacti audacia romanorū. re
lictis castris quæ munitissimis tenuerant locis. in aduersas ualles desiluere. ubi sa
tis p̄dæ. et uictoria incruenta fuit. Ita trifariam rē bello bene gesta. de domesti
carū rerū euentu. nec patribus nec plebi cura decesserat. Tantā cū gratiā tū artē p̄parauerant
foenatores. quæ non modo plebē sed ipsū etiā dictatorē frustrarentur. Nam q. uale
rius post uetusii consulis reditū. omniū actionū in senatu primā habuit ꝓ uictore popu
lo. retulit q. quid de nexis fieri placeret. Quæ cū reiecta relatio ēēt. non placeo inquit
concordiæ auctor. optabitis medius fidius ꝓpediē. ut mei similes romana plebes patro

nos habeat. Qđ ad me attinet. neq. frustabor ultra ciues meos. neq. ipse frustra
dictator ero. Discordiæ intestinæ. bellū externū fecere. ut hoc magistratu egeret
res. p̄. pax foris parta est. domi impeditur. priuatus potius quā dictator. seditioni inter ero. ita curia egressus dictatura se abdicauit. Apparuit causa plebi suā uicē indignantē magistratu abiisse. Itaq. uelut per soluta fide quō per eū non stetisset quin prestaretur. decedentē domū cū fauore ac laudibus prosecuti sunt. Timor inde patres incessit ne si dimissus exercitus foret rursus coetus occulti coniurationesq. fierent. Itaq. quā quā p̄ dictatorē dilectus habitus esset. tamen quō in consulū uerba iurassent. sacramento teneri militē rati. Per causā renouati ab æquis belli educi ex urbe legiones iussere. quo facto maturata est seditio. et primo agitatū dicitur de consulū cæde ut soluerentur sacramento. doctos deinde nullā scelere religionē ex solui. sicinio quodā auctore iniussu consulū in sacrū montē secescisse. trans anienē amnē tria ab urbe milia passuū. Ea frequentior fama est. quā cuius piso auctor est. in auentinū secessionē factā esse. Ibi sine ullo duce uallo fossaq. cōmunitis castris quieti rem nullā nisi necessariā aduictū sumendo per aliquot dies. neq. lacessiti. neq. lacessentes. sese tenuere. Pauor ingens in urbe. metuq. mutuo suspensa erant oīa. timere relicta ab suis plebes uiolentiā patrū. timere patres residē in urbe plebē. incerti manere eā an abire mallent. quā diu autē tranquillā quæ secesserit multitudinē fore. quid futurū deinde si quod externū interim bellū existat. nullam p̄fecto nisi in concordia ciuiū spem reliquā ducere. eā per æqua per iniqua reconciliandā ciuitati esse. placuit igitur oratorē ad plebē mitti. menemū agrippā facundū uirū. et quod inde oriundus erat plebi carū. Is intromissus in castra. prisco illo dicendi et horrido modo nihil aliud quā hoc narrasse fertur. Tēpore quo in homine non ut nunc oīa in unū consentiunt. sed singulis membris suū cuiq. consiliū. suus sermo fuerit. indignatas reliquas partes. sua cura. suo labore ac ministerio. uentri oīa quæri. uentrē in medio quietū. nihil aliud quā datis uoluptatibus frui. conspirasse deinde ne manus ad os cibū ferrent. ne os acciperet datū. ne dentes conficerent. Hac ira dū uentrē fame domare uellent. ipsa una membra. totūq. corpus ad extremā tabē uenisse. inde apparuisse. uentris quoq. haud segne ministeriū eē. nec magis aliquē alere eū. reddentē in oīs corporis partes. hunc quo uiuimus uigemusq. diuisū pariter in uenas maturū confecto cibo sanguinē cōparando. Hinc quō intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in patres. flexisse mentes hominū. agi deinde de concordia coeptū. concessūq. in conditio

priuatus potius

parabola de uentre

nes· ut plebi sui magistratus essent sacrosci· quibus auxilii latio aduersus consules eēt· neue cui patrū
capere eū magistratū liceret· Ita tribuni plebei creati duo· c̄· licinius· et· L· albinus· Hi tres collegas sibi
creauerunt· in his siciniū fuisse seditionis auctorē· de duobus qui fuerint minus conuenit· Sunt qui du
os tantū in sacro monte creatos tribunos eē dicant· ibi q· sacratā legē latā p̄ secessionē plebis· Spurius cas
sius et postumius comunius consulatū inierunt· His consulibus cū latinis populis ictū foedus· Ad id fe
riendū cons̄ alter romæ mansit· alt̄ ad uolscū bellū missus· Anciates uolscos fundit fugat q· Compul
sos in oppidū longulā p̄secutus· moenibus potitur· inde p̄tinus mucamitē uolscorū cæpit· Tum magna ui ador
tus est coriolos· Erat tū in castris inter primores iuuenū· c· marcius adolescens· et consilio ꝯ manu p̄mp
tus cui cognom̄ postea coriolano fuit· Cū subito exercitū romanū coriolos obsidentē· atq· in oppidanos quos
intus clausos habebat· intentū sine ullo metu extrinsecus imminentis belli· uolscæ legiones p̄fectæ ab
antio inuasissent· eodem q· tempore ex oppido erupissent hostes· forte in statione marcius fuit· qui cū
delecta militū manu non modo impetū erumpentiū retulit· sed p̄ patentē· portam ferox irrupit· Cæde q· in p̄x
ima urbis facta· ignem temere ab reptū inminentibus muro ædificiis iniecit· Clamor inde oppidano
rū mixtus muliebri pueriliq· ploratu ad terrorē ut solet primo ortu· et romanis auxit animū· et tur
bauit uolscos· ut pote capta urbe· qui ad ferendā opē uenerant ita fusi uolsci antiates· corioli oppidū
captū· tantūq· sua laude obstitit famæ consulis martius· ut nisi foedus cū latinis colūna ænea insculptū
monumento esset ab sp̄· cassio· uno· quia collega fuerat ictū· postumiū comuniū· bellū gessisse cum
uolscis memoria cessisset· Eodē anno agrippa menenius moritur· uir omniū uita· pariter patri
bus ac plebi carus· post secessionē carior plebi factus· Huic interpreti arbitroq· concordiæ ciuiū·
legato patrū ad plebē· reductori plebis romanæ in urbē· sūptus funeri defuit· Extulit eū pleps
ex tantibus conlatis in capita· Cons̄ deinde· t̄· geganius· p̄· minutius facti· Eo anno cū et foris quiæ
ta om̄a bello essent· et domi sanata discordia· aliud multo grauius malū ciuitatē inuasit· caritas
primū annonæ ex incultis per secessionē plebis agris· fames deinde qualis clausis solet· uentūq· ad
interitū seruiciorū· utiq· et plebis esset· ni consules prouidissent dimissis passim ad frumentū· sed
tantū coemendū· non in ætruriā modo dextris ab ostia litoribus· leuoq· post uolscos mari usq· ad
cumas· sed quæsitū in siciliā quoq· adeo finitimorū odia longinquis coegerant indigere auxili
is· Frumentū cumis cū coemptū esset· naues pro bonis tarquiniorū ab aristodimo tiranno qui
heres erat retentæ sunt· In uolscis pomptinoq· neemi quidē potuit· periculū quoq· ab impe
tu hominū ipsis frum̄tatoribus fuit· Ex tuscis frum̄tū tiberi uenit· Eo sustentata est plebes·
In cōmodo bello intā artis cōmeatibus uexati forent· ni uolscos iā mouentes arma pestilen
tia ingens inuasisset· ea clade conterritis hostiū animis· ut etiā ubi ea remisisset· terrore
aliquo tenerentur· Et uelitris auxere numerū colonorū romani· et norbæ in montis no
uā coloniā quæ arx in pomptino esset miserunt· M̄· minucio· deinde· et· ā· sempronio·
cons̄· magna uis frumenti ex sicilia aduecta· agitatūq· in senatu· quanti plebi daretur·
Multi uenisse tēpus premendæ plebis putabant· recuperandiq· iura quæ extorta seces

agrippa mauit

sione ac ui patribus essent. In primis marcius coriolanus hostis tribuniciæ potestatis. si annonam
inquit ueterē uolunt. ius pristinū reddant patribus. Cur ego plebeios magistratus. cur si
ciniū pollentem uideo sub iugū missus. tam quā ab latronibus redemptus. ego ne has indig
nitates diutius paciar quā necesse est. tarquiniū regem qui non tulerim. siciniū ferā. sece
dat nunc. uocet plebem. patet uia in sacrū montē aliosq. colles. Rapiant frumenta ex agris
nr̄is. quemadmodū tercio anno rapuere. Utantur annona. quā furore suo fecere. Audeo
dicere hoc malo domitos ipsos potius cultores sacrorū fore. quā ut armati ꝑ secessionē coli ꝓ
hibeant. Haud tam facile dictu est faciendū ne fuerit. quā potuisse arbitror fieri. ut con
ditionibus laxandi annonā. et tribuniciā potestatē & om̄a inuitis iura imposita patres de
merent sibi. & senatui nimis atrox uisa sententia est. et plebē ira ꝓpe armauit. fame se iā sic hostes
peti. cibo uictuq. fraudari. peregrinū frumentū quæ sola alimenta ex insperato fortuna dederit. ab ore
rapi. nisi igneo marcio uincti dedantur tribuni. nisi de tergo plebis romanæ satisfiat. eum
sibi carnificē nouū exortū. qui aut mori aut seruire iubeat. In exeuntē e curia impetus fac
tus eēt. ni ꝑ opportune tribuni diē dixissent. Ibi iræ tū suppressæ. Se iudicē quisq. se dn̄m
uitæ necisq. inimici factū uidebat. Contemptim primo marcius audiebat minas tribu
nicias. auxilii non poenæ ius datū illi potestati. plebisq. non patrū tribunos eē. Sed adeo
infensa erat coorta plebs. ut unius poenæ defungendū eēt patribus. Restiterunt tamen
aduersa inuidia. usiq. sunt quā suis quisq. quā totius ordinis uiribus. ac primo temptata
res est. si dispositis clientibus absterrendo singulos a contionibus conciliisq. dissicere rem
possent. Uniuersi deinde ꝓcessere. quicquid erat patrū. reos diceres. ꝑcibus plebē ex
poscentes. unū sibi ciuē. unū senatorē si innocentē absoluere nollent. ꝓnocente donarent.
Ipse cū die dicta non adeēt. ꝑseueratū in ira est. Damnatus absens. in uolscos exulatū abi
it. minitans patriæ. hostilesq. iam tū sp̄s gerens. Uenientē uolsci benigne excepere. be
nigniusq. in dies colebant. quo maior ira in suos eminebat. crebræq. nunc querelæ nunc
minæ ꝑcipiebantur. Hospitio utebatur attij tullii. longe is tū princeps uolsci nomi
nis erat. romanisq. semꝑ infestus. Ita cū alterū uetus odiū. alterū ira recens stimu
laret. c̄silia c̄ferunt de romano bello. Haud facile credebant plebē suā impelli pos
se. ut tociens infeliciter temptata arma caperent. multis sępe bellis. pestilentia pos
tremo amissa iuuentute. fractos sp̄s eē. arte agendū. in exoleto iam uetustate odio.
ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi forte ex instauratione magni romæ
parabantur. instaurandis hæc causa fuerat ludis. Mane seruū quidā paterfamiliæ non
dū commisso spectaculo sub furca cæsū medio egerat circo. Coepti inde ludi ue ludea
res nihil ad religionē ꝑtinuisset. Haud ita multo post tito latino de plebe homi
ni somniū fuit. Uisus iuppit̄ dicere sibi. ludis ꝑsultatorē displicuisse. nisi mag
nifice instaurarentur hi ludi. periculū urbi fore. iret. ea consulibus nunciaret.

somniū de ludis.

Quamquã haud sane liber erat religione animus. uerecundia tam̃ maiestatis magistra
tuũ timorẽ uicit. ne in ora hominũ ꝓludibrio abiret. magno illi ea cunctatio stetit. Fi
liũ namq. intra paucos dies amisit. Cuius repentinæ cladis ne causa dubia eẽt. egro
animi. eadẽ illa in somnis obuersata species uisa est rogitare. satin magnã spreti
numinis haberet mercedẽ. maiorẽ instare. ni eat ꝓpere. ac nunciet consulibus.
Iam p̃sentior res erat. Cunctantẽ tam̃ ac ꝓlatantẽ. ingens uis morbi adorta ẽ debili
tate subita. Tunc enim uero deorũ ira ammonuit. Fessus igitur malis preteritis. instan
tibusq. consilio ꝓpinquorũ adhibito. cũ uisa atq. audita. et obuersatũ tociens somno
iouẽ minasse. irasq. cælestes rep̃sentatas casibus suis exposuisset. consensu inde haud
dubie omniũ qui aderant. in forũ ad consules lectica defertur. inde in curiã iussu con
sulũ delatus. Eadem illa cũ patribus ingenti omniũ ammiratione enarrasset. ecce
aliud miraculũ. qui captus omnibus membris delatus in curiã eẽt. eũ functũ officio
pedibus suis domũ redisse. traditũ memoriæ est. Ludi quã amplissimi ut fierent se
natus decreuit. Ad eos ludos auctore attio tullio uis magna uolscorũ uenit. Priusquã
committerentur ludi. tullius ut domi compositũ cũ marcio fuerat. ad consules uenit.
dicit eẽ quæ secreto agere de re publica uelit. arbitris remotis. Inuitus inquit qd æqui
us sit de meis ciuibus loquor. non tam̃ admissũ quicquã ab his criminatũ uenio. sed cautũ
ne admittant. Nimio plusquã uelim. nr̃orũ ingenia sunt mobilia. Multis id cladibus
sensimus. quippe qui non nr̃o merito. sed ur̃a pacientia incolumes sumus. Magna hic
uolscorũ nunc multitudo est. Ludi sunt spectaculo. intenta ciuitas erit. Memini. quid
ꝑ eandẽ occasionẽ ab sabinorũ iuuentute in hac urbe commissũ sit. Horret animus.
nequid inconsulte ac temere fiat. Hæc nr̃a ur̃a q. causa prius dicenda uobis cons̃ratus sũ.
Quod ad me attinet. ex templo hinc domũ abire in animo est. ne cuius facti dicti ue conta
gione presens uioler. Hæc locutus. abiit. Cons̃ cũ ad patres rẽ dubiã sub auctore
certo detulissent. auctor magis ut fit quã res ad p̃cauendũ. t. ex supuacuo mouit.
Facto q. s̃. c̃. ut urbẽ excederent uolsci. p̃cones dimittuntur. qui om̃s eos ꝓficiscian
te noctẽ iuberent. Ingens pauor primo discurrentis ad suas res tollendas in hos
pitia ꝑculit. Proficiscentibus deinde indignatio aborta. se ut consceleratos contami
natosq. ab ludis. festis diebus. coetu quodammodo hominũ deorũ q. abactos eẽ. Cũ
ꝓpe continuato agmine irent. p̃gressus tullius ad caput ferentinũ. ut quisq. eue
niret primores eorũ excipiens. querendo indignando q. et eos ipsos sedulo audien
tes scda ire uerba. et ꝑ eos multitudinẽ aliã in subiectũ uiæ campũ deduxit.
Ibi in contionis modũ orationẽ exorsus. ueteres. p. r̃. iniurias cladesq. gentis uols
corũ. ut om̃a inquit obliuiscamini alia. hodiernã hanc contumeliã quo tan
dẽ animo fertis. qua ꝑ nr̃am ignominiã ludos commisere. An non sensistis

miraculum.

triumphatum hodie de uobis esse. uos omnibus ciuibus. peregrinis. tot finitimis populis. spectacu
lo abeuntes fuisse. urās coniuges. urōs liberos. traductos p ora hominū. quid eos qui audiuere uocē
p̄conis. quid qui nos uidere abeuntes. quid eos qui huic ignominioso agmini fuere obuii existimas
se putatis. nisi aliquod p̄fecto nefas esse. qd̄ si intersimus spectaculo uiolaturi simus ludos. piacu
lumq. merituri. ideo nos ab sede piorum cętu consilioque abigi. quid deinde illud non succur
rit. uiuere nos. qd̄ maturarimus p̄ficisci. si hoc p̄fectio et non fuga est. et hanc urbē uos non du
citis hostium. ubi si unū diem morati essetis moriendum omībus fuit. Bellum uobis indictū est
magno eorum malo qui indixere si uiri estis. Ita et sua sponte irarum pleni et incitati. domos in
de digressi sunt. instigandoq. suos quisq. populos. efficere ut omne uulscum nom̄ deficeret. im
peratores ad id bellum de omīum populorū sententia lecti attius tullius et cn̄ marcius exsul ro
manus. In quo aliquanto plus spei repositum. quā spē nequaquā fefellit ut facile appareret
ducibus ualidiorē quā exercitu rē romanā esse; circeios p̄fectus primū. colonos inde romanos
expulit. liberāq. eam urbē uolcis tradidit. inde in latinam uiam transuersis tramitibus transgres
sus. satricū. longulā. poluscā. coriolos. nouellā. hæc romanis oppida ademit. inde lauinium re
cipit. tunc deinceps corbionem. ueteliam. trebium. labicos pedū cepit. Postremū ad urbē apedo
ducit et ad fossas cluuillas. v ab urbe milia passium castris positis. Populatur inde agrū roma
nū. custodibus inter populatores missis. qui patriciorū agros intactos seruarent. Siue infensus ple
bi magis. siue ut discordia inde int̄ patres plebēq. oriretur. quæ p̄fecto orta esset. adeo tribuni iam
ferocē p se plebē criminando in primores ciuitatis instigabant. Sed externus timor maximū con
cordiæ uinculū. quā uis suspectos infensosq. int̄ se iungebat animos. Id modo non conueniebat
qd̄ senatus consulesq. nusquā alibi spē quā in armis ponebant. plebes omīa quā bellū malebat.
Sp̄. nautius. iam et sextus furius consules erant. Eos recensentes legiones. p̄sidia p muros. aliaq.
in quibus stationes uigiliasq. esse placuerat loca distribuentes. multitudo ingens pacē poscentium
primū seditioso clamore conterruit. deinde uocare senatū. referre de legatis ad cn̄ martium
mittendis coegit. Acceperunt relationē patres. Post quā apparuit leuare plebis animos. missiq.
de pace ad martium oratores. atrox responsū retulerunt. Si uulscis ager redderetur posse agi de
pace. Si p̄da belli potium frui uelint. memorē se et ciuium iniuriæ et hospitū beneficii anni su
rum. ut appareat exilio sibi irritatos non fractos animos esse. Iterū deinde idem missi. non reci
piuntur in castra. Sacerdotes quoq. suis insignibus uelatos isse supplices ad castra hostium traditū
matrne. est. nihilo magis quā legatos flexisse animū. Tum matronæ ad ueturiā matrē coriolani uolum
niāq. uxorē frequentes coeunt. Id publicū consilium. an muliebris timor fuerit parū inuenio.
p uicere certe ut et ueturia magno natu mulier. et uolumnia duos paruos ex marcio ferens filios
secū in castra hostium irent. et qm̄ armis uiri defendere urbē non possent. mulieres p̄cibus lacri
misq. defenderent. Ubi ad castra uentum est nuntiatūq. curiolano est ad esse ingens mulierum
agm̄ in primo ut qui nec publica maiestate in legatis. nec in sacerdotibus tanta offusa oculis ani

moq· religione motus esset · multo obstinatior aduersus lacrimas muliebres erat · De infamiliarium
quidā qui insignē mestitia int̄ ceteras cognouerat ueturiā int̄ nurū nepotesq· stantē · nisi me fru
strantur inquit oculi mater tibi coniunxq· et liberi adsunt · Coriolanus ꝓpe ut amens consternat⁹
ab sede sua cū ferret matri obuiæ complexū · mulier in irā ex p̄cibus uersa · sine priusquā cōplexum
accipio sciā inquit ad hostē an ad filiū uenerī · captiua mater ne in castris tuis sim · in hoc mé lon
ga uita et infelix senecta transigit · ut exulem té deinde hostē uiderē · Potuisti populari hanc ter
ram quæ té genuit atq· aluit · Non tibi quā uis infesto animo et minaci ꝑueneras ingredienti fi
nes ira cecidit · Non cū in conspectu roma fuit succurrit · Intra illa moenia · domus ac penates mei
sunt · mater coniunx liberiq· Ergo ego si non peperissē · roma non oppugnaretur · nisi filiū haberē ·
libera in libera patria mortua essem · Sed ego nihil iam pati nec tibi turpi usquā mihi miserius
possum · nec ut sim miserrima diu futura sum · Dé his uideris quos si ꝑgis aut in matura mors aut
longa seruitus manet · Uxor deinde ac deinde liberi amplexi · Fletusq· ab omī turba mulierū
ortus · et comploratio sui patriæq· fregere tandē uirum · Complexus inde suos dimittit · ipse retro
ab urbe castra mouit · Abductis deinde legionibus ex agro romano · Inuidia rei oppressum perisse
tradunt · alii alio loeto · Apud fabium longe antiquissimū auctorē usq· ad senectutē uixisse
eundē inuenio · Refert certe hanc sepe eū exacta ætate usurpasse uocē · multo miserius seni exi
lium esse · Non inuiderunt laude sua mulieribus uiri romani · adeo sine obtrectatione glæ ali
enæ uiuebatur · monumento quoq· qđ esset · tēplum fortunæ muliebri ædificatū dedicatūq· est ·
Rediere deinde uolsci adiunctis equis in agrū romanū · sed equi attium tullium haud ultra tu
lere ducem · Hinc ex certamine uulsci æquine · imperatorē coniuncto exercitui darent · seditio ·
deinde atrox p̄lium ortum · Ibi fortuna populi romani · duos hostium exercitus haud minus ꝑni
tioso quā ꝑtinaci certamine confecit · Cons̄ · titus · siccinius · et caquilius · Sicinio uulsci · aquilio
hernici · Nā hi quoq· in armis erant ꝓuintia euenit · Eo anno hernici deuicti · Cū uolscis · æquo
marte discessum est ; sp· cassius · deinde et proculus uirginius cons̄ facti · cū hernicis foedus ictum ·
agri partes duæ ademptæ · inde dimidium latinis · dimidium plebi diuisurus cons̄ cassius erat ·
Adiciebat huic muneri agri aliquantū quē publicū possideri á priuatis criminabatur ·
Id multos quidē patrum ipsos possessores periculo rerū suarū terrebat · sed et publica patribus sollici
tudo inerat · Largitione consulem periculosas libertati opes struere · tum primū lex agraria pro
mulgata est · numquā deinde usq· ad hanc memoriā sine maximis motibus rerū agitata · Cos̄ alt̄
largitioni resistebat auctoribus patribus · nec omī plebe aduersante · quæ primo cęperat fastidire
munus uulgatū a ciuibus isse in socios · Sepe deinde et uerginiū cos̄ in contionibus uelut uatici
nantē audiebat · pestilens collegæ munus esse · agros illos seruitutē his qui acceperant laturos · re
gno uiā fieri · Quid ita enim adsumi sotios et nomen latinum · quid attinuisset hernicis paulo
ante hostibus capti agri partē tertiā reddi · nisi ut hę gentes ꝓ coriolano ducē cassium habeant ·
popularis iam esse sedis suasor et intercessor legis agrariæ cęperat · Uterq· deinde consul certatum

sine obtrectatione

lex agraria

plebi indulgere. Verginius dicere. passurū se assignari agros. dū necui nisi ciui romano assig
nentur. cassius quia in agraria largitione ambitiosus in socios. eo q. ciuibus uilior erat. ut alio mu
nere sibi reconciliaret ciuiū animos. iubere p siculo frumento pecuniā acceptā retribui populo.
Id uero haud secus quā presentē mercedē regni aspnata plebs. adeo ppter suspitionē insitam
regni uelud habundarent omā. munera eius in animis hominū respuebantur. Quē ubi
primū magistratu abiit. dampnatū necatū q. constat. Sunt qui patrē auctorē eius
supplicii ferunt. eū cognita domi causa uerberasse ac necasse. peculiū q. filii cereri con
secrauisse. Signū inde factū ēē et inscriptū ex cassia familia datū inuenio apud quos
dā. id q. ppius fidē est. e questoribus cesone fabio. et. L. ualerio diē dictā p duelliones.
dampnatū q. populi iudicio. dirutas publice ædes. ea est area ante telluris ædē. Cæterum
siue illud domesticū siue publicū fuit iudiciū. dampnatur. seruio cornelio. q. fabio con
42 sulibus. Haud diuturna ira populi in cassiū fuit. Dulcedo agrariæ legis ipsa p se dempto
auctore subibat animos. Accensa q. ea cupiditas est. malignitate patrū. qui deuictis eo an
no uolscis equisq. militē præda fraudauere. Quicquid captū ex hostibus est. uendidit fa
bius cons. ac redegit in publicū. Inuisū erat fabiū nom plebi. ppter nouissimū consulem.
Tenuere tam patres. ut cū. L. emilio ceso fabius consul crearetur. Eo infestior facta plebs.
seditione domestica bellū externū exciuit. Bello deinde ciuiles discordiæ intermissæ.
Uno animo patres ac plebs. rebellantes uolscos et æquos duce emilio. pspera pugna uicere.
Plus tam hostiū fuga quā pliū absumpsit. Adeo ptinacit fusos insecuti sunt equites. Casto
ris edes eodē anno idibus quintilis dedicata est. uota erat latino bello postumio dic
tatore. Filius eius duumuir ad id ipsū creatus dedicauit. Sollicitati et eo anno sunt
dulcedine agrariæ legis animi plebis. Tribuni plebis popularē potestatē lege popu
lari celebrabant. Patres satis sup q. gratuiti furoris in multitudine credentes ēē lar
gitiones. temeritatis q. inuitamenta horrebant. Acerrimi patribus duces ad resis
tendū consules fuere. Ea igitur pars rei publicæ uicit. Nec in presens modo. sed in
uenientē etiā annū. m. fabiū cesonis fratrē. et magis inuisū alterū plebi accusa
uersis iam diis aspernantibus q. placamina iræ terrorē ingentē fecit. Itaq. c̄. genu
cio. l. æmilio mamerco ij. consulibus cū piaculorū magis conquisitio animos quā
corpora morbi afficerent. repetitū ex seniorū memoria dicitur. pestilentiā quon
dā clauo ab dictatore fixo sedatā. Ea religione adductus senatus. dictatorē clauifi
gendi causa dici iussit. Dictus. l. mallius imperiosus. l. pinariū magistrū equitum
dixit. Lex uetusta ē priscis litteris uerbis q. scripta. ut qui p̄tor maximus sit. idi
bus septembribus clauū pangat. Fixa fuit dextro lateri ædis iouis optimi maxi
mi ea parte. qua mineruæ templū est. Eū clauū quia rare p ea tempora litteræ
erant. notā numeri annorū fuisse ferunt. eo q. mineruæ templo dicatā legem.
quia numerus á minerua inuentus fuit. Uolsinis q̊q̊. clauos indices numeri an
norū fixos in templo nortiæ ætruscæ deæ comparere. diligens taliū monumen
torū auctor cintius affirmat. Horatius consul ex lege templū iouis optumi max
imi dedicauit anno post reges exactos. á consulibus postea ad dictatores. quia
maius imperiū erat sollempne clauifigendi translatū est. Intermisso deinde
more. digna etiā p sé uisa res. propter quā dictator crearetur. Qua dé causa
creatus. l. mallius. pinde ac rei gerendæ ac non soluendæ religionis gr̄a crea
tus eēt. bellū hernicū affectans. dilectu acerbo iuuentutē agitauit. tandē q.
omnibus in eū tr̄ pt coortis. seu ui seu uerecundia uictus. dictatura abiit. Neq. 4
eominus principio insequentis anni. q̄. seruilio ab ala. l. genucio consulibus. di
es mallio dicitur. ā. m̄. pomponio tr̄ pt acerbitas in dilectu non dampno mo
do ciuiū. sed etiā laceratione corporū lata. partim uirgis cæsis. qui ad nomina
non respondissent. partī in uincula ductis. inuisa erat. æt ante om̄a inui
sū ipsū ingeniū atrox cognom̄ q. imperiosi. graue liberæ ciuitati ab osten
tatione seuitiæ asscitū. quā non magis in alienis quā in pximis ac san
guine ipso suo exerceret. crimini q. ei tribunus int̄ cætera dabat. qd filium
iuuenē nullus pbri compertū. extorrē urbe. domo. penatibus. foro. luce.
congressu æqualiū phibitū. in opus seruile. ppe in carcerē atq. in ergastu
lū dederit. ubi summo loco natus dictatorius iuuenis. cotidiana miseria
disceret uere imperioso patre sénatū eē. At quā ob noxiā. quia in facundi

or sit· et lingua impmptus· qđ naturæ dampnū utrū nutriendū patri· si quic
quā in eo humani eēt· an castigandū acuexatione insigne faciendū fuisse· ne
mutas quidē bestias minus alere ac fouere· siquid expgenie sua parū pspexū
sit· at hercule· l· malliū malū malo augere filiū· et tarditatē ingenii insup p̄
mere· et siquid in eo exiguū naturalis uigoris sit id extinguere utta agresti·
et rustico cultu utt pecudes habendo· Omniū potius his criminationibus quā
ipsi ius iuuenis irritatus ē animus· quin contra se đq· parenti causam inuidiæ· atq·
criminū ēē· ægre passus· ut oms diu homines q· sarent· se parenti opē latā· quā
inimicis eius malle· capit consiliū rudis quidē atq· agrestis animi· et quā quā
non ciuilis exempli tam laudabili pietate· in scientibus cunctis· cultro succinc
tus· mane in urbē· atq· á porta domū confestim ad· m· pomponiū tribunū pgit·
iam tori opus ēē sibi dño eius conuento extemplo ait· nunciaret· t· malliū ēē· l· filiū
Max introductus· etenī p̄cipuū ira in patrē spes erat· aut criminis aliquid noui aut
consilii ad rē agendā deferre· salute accepta reddita q· ēē ait· quæ cū eo age
re arbitris remotis uelit· p̄ procul inde omnibus abire iussis· cultrū stringit·
et sup lectū stans· ferro intento· nisi in quæ ipse concepisset uerba iuraret·
se patris eius accusandi causa conciliū pt numquā habiturū· se eū extem
plo transfixurū minatur· p̄ auidus tribunus quippe qui ferrū ante oculos
micare· se solū inermē· illū ualidū iuuenē· et qđ haud minus timen
dū erat· stolide ferocē uiribus suis cerneret· adiurat in quæ adactus ē· uerba·
et p̄ se inde tulit ea ui subactū sē incepto destitisse· nec pinde ut malu
isset plebes sibi suffragii ferendi de tā crudeli et supbo rei potestatē fieri·
l ta ægre habuit filiū id p parente ausū· eo q· id laudabilius erat· qđ animū
eius tanta acerbitas patria nihil a pietate auertisset· l taq· non patri mo
do remissa causæ dicto ē· sed ipsi etiā adolescenti ea res honori fuit· et cum
eo anno primū placuisset centurionē ad legiones suffragio fieri· nā etan
tea sic nunc quos rufulos uocant imperatores ipsi faciebant· sēd m un sec lo
cas tenuit· nullus domi militiæ q· ad conciliandā gratiā merito· ut qui
rure et p̄cul coetu hominū iuuentā egisset· eo dē anno seu motu terræ seu
qua ui alia forū mediū ferme specu uasto collapsū in immensā altitudi
nē dicitur· neq· eā uoraginē coniectu terræ cū ipse quisq· gereret exple
re potuisse· prius quā deū monitu quæri coeptū· qđ plurimū· p· r· posset
l denim illo loco dicandū uates canebant· si rē· p· romanā ppetuā ēē uel
lent· Tū· m· curtiū iuuenē bello egregiū castigasse ferunt· dubitantes·
an Yllū magis· bonū quā arma uirtusq· eēt· Silentio facto· templa deorū

cultro succinctus

Paul. Diac. in uoce

Anno vrb. cōdite fere. cccc. xxxvi. barathrum in medio foro exisse fertur quod nullatenus potuit repleri, donec nobilissimum romanum armatum et equo sedens spontaneum immisit.

immortaliū quæ foro imminent · capitoliūq · intuentē · et manus nc̄ in cælū · nc̄ in pa
tentes terræ hiatus ad deos manes porrigentē sē deuouisse · e quo deinde quā poterat
maxime exornato insidentē · armatū sē in specū immisisse · donaq · ac fruges sup eū
a multitudine uirorū ac mulierū congestas · lacūq · curciū non ab antiquo illo titi
tacii milite curio metio · sed ab hoc appellatū · cura non deesset si qua aduerū uia
inquirentē ferret · nc̄ fama rerū standū est · ubi certā derogat uetustas fidē · et
lacus nomen ab hac recentiore insignitius fabula est · Post tanti pdigu pcuratio
nē anno · de hernicis consultus senatus · cū fetiales ad res repetendas nequiquam
misisset · primo quoq · die ferendū ad populū de bello indicendo hernicis censuit ·
populusq · id frequens bellū iussit · l · genucio · cos · ea pruintia sorte euenit · In ex
pectatione ciuitas erat · qd primus ille de pt · cos · bellū suis auspiciis gesturus eēt ·
pinde ut euenisset res · ita cōmunicatos honores pbene aut secus consulto habitu
ra · Forte ita tulit casus · ut genutius ad hostes magno conatu pfectus in insidias
pcipitaretur · legionibus nec opinato pauore fusis · consul circūuentus ab inscius
quē intfecissent occideret · Qd ubi romā est nuntiatū · nequaquā tantū publi
ca calamitate mesti patres quantū feroces infelicis consulis plebei ductu pre
munt omnibus locis · irent · crearent consules · ex plebe · transferrent auspicia quo
ne fas eēt · Potuisse patres plebis scito pelli honoribus suis · nū etiā in deos immor
tales in auspicatā legē ualuisse · uindicasse ipsos suū numen · sua auspicia · quę
ut primū contracta sunt ab eo a quo nec ius nec fas fuerit · deletū cū duce exer
citū documēto fuisse · ne deinde turbato gentiū iure comitia haberentur · His
uocibus curia et forū psonat · Appiū claudiū · quia dissuaserat legē · maiore cū
auctoritate euentū rephensi ab se consilii incusantē · dictatorē consensu pa
triciorū seruilius consul dicit · dilectusq · et iusticiū indictū · Priusquā dictator
legiones quę nouę in hernicos uenirent scriberet · ductu · c · sulpicii legati · res
p occasionē gesta egregie est · in hernicos morte consulis contēptū ad castra
romana cū haud dubia expugnandi spe succedentes hortante legato & ple
nis iræ atq · indignitatis militū animis · eruptio est facta · Multū ab spe ad
eundi ualli res hernicis afuit · adeo turbatis inde ordinibus abcessere · Dic
tatoris deinde aduentu nouus ueteri exercitus iungitur · et copiæ du
plicantur · et pcontione dictator laudibus legati militūq · quorū uirtu
te castra defensa erant · simul audientibus laudes meritas tollit animos ·
simul cæteros ademulantes uirtutes acuit · neq · segnius ad hostes bellū
apparatur qui et parti ante decoris memores · neq · ignari auctarū uiri
ū hostis · suas quoq · uires augent · Omne hernicū nom̄ omnis militaris

filiū

Appiū claudiū

etas excitur. quadrigenariæ octo cohortes. lecta robora uirorū scribuntur. Hunc ex
imiū florē uiuentutis eo etiā qđ ut duplex acciperent stipendiū decreuerant. spei ani
morū q. impleuere. immunes q̊q. operū militariū erant. ut in unū pugnæ labo
rē q. reseruati plus sibi quā ꝑ uirili parte adnitendū scirent. extra ordinē etiā in
acie locati. quo conspectior uirtus eēt. Duū miliū planicies castra romana ab her
nicis dirimebat. Ibi pari ferme utriq. spacio in medio pugnatū ē. Primo stetit am
bigua spe pugna. nequiquā sæpe conatis equitibus romanis impetu turbare hos
tiū aciē. Postquā equestris pugna effectu quā conatibus uanior erat. consulto pri
us dictatore equites ꝑmissu deinde eius. relictis equis clamore ingenti ꝓuolant an
te signa. et nouā integrant pugnā. Neq. sustineri poterant. ni extra ordinariæ
8 cohortes pari corporū animorūq. robore se obiecissent. Tunc int̄ primores duorū
populorū res geritur. quicquid hinc aut illinc cōmunis mars bello aufert. multi
plex quā ꝑ numero dampnū est. uulgus aliud armatorū uelud delegata primo
ribus pugna euentū suū in uirtute aliena ponit. Multi utrimq. cadunt. plures
uulnera accipiunt. Tandē equites alius aliū increpantes. quid deinde restauret
querendo. sineq. ex equis pepulissent hostē. neq. pedites quicquā momenti fa
cerent. quā terciā expectarent pugnā. quid ante signa feroces ꝓsiluissent. et ali
eno pugnarent. alieno. His int̄ se uocibus concitati. clamore renouato. inferunt
pedē. et primū gradu mouerunt hostē. deinde pepulerunt. postremo iam haud
dubie auertunt. neq. tā pares uires quæ superauerit res facile dictu est. nisi qđ
ꝑpetua fortuna utriusq. populi extollere animos et minuere potuit. usq. ad
castra fugientes hernicos romanus sequitur. Castrorū oppugnatione quia serum
erat diei. abstinuere. Diu non ꝑlitatū tenuerat dictatorē. né ante meridiē signū
dare posset. eo in nocte tractū erat certam̄. Postera die deserta fuga castra herni
corū et saucii relicti. quidā inuenti. agm̄ q. fugientiū ab signis. cū ꝑter moenia
eorū infrequentia conspecta signa essent. fusū. ac ꝑ agros trepida fuga palatū ē.
nec romanis incruenta uictoria fuit. quarta pars militū amissa. et ubi haud mi
9 nus iacturæ fuit. aliquot equites romani cecidere. Insequenti anno cū. l. sul
picius et. c. licinius caluus conss̄ in hernicos exercitū duxissent. neq. inuentis in
agro hostibus. ferentinū urbē eorū ui coepissent. reuertentibus inde eis tibur
tes portas clausere. Ea ultima fuit causa. cū multæ ante querimoniæ ultro ci
tro q. iactatæ essent. cur ꝑfeciales rebus repetitis bellū tiburti populo indice
retur. dictatorē. t̄. quintiū poenū eo anno fuisse satis constat. et magistrum
equitū seruiū corneliū maluginensē. macer licinius comitiorū habendorum
causa. et ab licinio consule dictū. dictatorē scribit. quia collega comitia bello ꝑferre

festinante· ut continuaret consulatū· obuiā eundū prauæ cupiditati fuerit· causa quæ
sita· ea ꝓpria familiæ laus leuiorē auctorē liciniū facit· cū mentionē eius rei in uetusti
oribus annalibus nullā inueniā· magis ut belli gallici causa dictatorē creatū arbitrer·
inclinat animus· Eo certe anno galli ad terciū lapidē salaria uia transpontē anienis
castra habuere· Dictator cū tumultus gallici causa iusticiū edixisset· om̄s iuniores sacra
mento adegit· ingenti q· exercitu ab urbe ꝓfectus· in citeriore ripa anienis castra posu
it· pons in medio erat· Neutris rumpentibus· ne timoris indiciū eēt· p̄lia de occu
pando ponte crebra erant· nec qui potirentur incertis uiribus satis discerni pote
rat· Tū eximia corporis magnitudine in uacuū pontē gallus ꝓcessit· et quantū Gallus pugil
maxima uoce potuit· quē nunc inquit roma uirū fortissimū habet ꝓcedat age
dū ad pugnā· ut nr̄m duorū euentus ostendat· utra gens bello sit melior· Diu inter 10
primores iuuenū romanorū silentiū fuit· cū et abnuere certam̄ uererentur· et p̄cipu
am sortē periculi petere nollent· tū· t̄· mallius· l· filius· qui patrē á uexatione tribu Mallius ꝓb iuuenis
nicia uindicauerat· ex statione ad dictatorē ꝑgit· In iussu tuo inquit imperator
extra ordinē nūquam pugnauerim· non si certā uictoriā uideam· si tu ꝑmittis· uo
lo ego illi beluæ ostendere· quando adeo ferox p̄sultat hostiū signis· me ex ea fami
lia ortū· quæ gallorū agm̄ ex rupe tarpeia deiecit· Tum dictator· macte uirtute ꝗd sup̄ habes ubi galli romā cepant
inquit· ac pietate in patrē patriā q· t̄· malli esto· ꝑge· et nom̄ romanū inuictū
iuuantibus diis presta· Armant inde iuuenē æquales· Pedestre scutū capit· hispano
cingitur gladio· ad ꝓpiorē habili pugnā· Armatū adornatū q· aduersus gallū hispano gladio
stolide lætū· et quō id q̄q· memoria dignū antiquis uisū est· linguā etiā ab irrisu ex
erentē ꝓducunt· Recipiunt inde se ad stationē· et duo in medio armati spectacu
li magis more quā lege belli destituuntur· nequaquā uisu ac specie estimantibus
pares· Corpus alteri magnitudine eximiū· uersicolori ueste· ẹ pictis q· et auro cæla
tis refulgens armis· media in altero militaris statura· modica q· in armis habilibus
magis quā decoris species· Non cantus· non exultatio· armorū q· agitatio uana· sed
pectus animorū iræ q· tacitæ plenū· omnē ferociā in discrim̄ ipsū certaminis distu
lerat· Ubi constitere int̄ duas acies· tot circa mortaliū animis spe metu q· penden
tibus· gallus uelut moles supne imminens ꝓiecto læua ꝑscuto in aduenientis arma
hostis uanū cæsam (t cæsim) cū ingenti sonitu ensem deiecit· Romanus mucrone subrecto·
cū scuto scutū imū ꝑculisset· tuto q· corpore interior periculo uulneris factus
insinuasset se int̄ corpus arma q· uno altero q· subinde ictu uentrē atq· inguina Ecce mallius ꝓb ꝗd facit
hausit· et in spaciū ingens ruentē porrexit hostē· Iacentis inde corpus ab om̄i
alia uexatione intactū· uno torque spoliauit· quē respsū cruore· collo circū
dedit suo· Defixerat pauor cū ammiratione gallos· romani alacres ab statione

obuiā militi suo p̄gressi· gratulantes laudantesq· ad dictatorē ꝑducunt· int̄ carmi
nū prope m̄dū incondita quædā militarit̄ iaculantes· torquati nom̄ auditum·
celebratū deinde posteris· etiā familiæq· honori fuit· Dictator coronā aureā addi
dit donū· mirisq· ꝓ contione eā pugnā laudibus tulit· et hercule tanti ea ad uniuer
si belli euentū momenti dimicatio fuit· ut gallorū exercitus proxima nocte relic
tis trepide castris in tiburtē agrū· atq· inde societate belli facta· commeatu q· benig
ne ab tiburtibus adiutus· mox in campaniā transierit· Ea fuit causa· cur ꝓximo
anno· c̄· poetilius balbus cons̄ cū collegæ eius· m̄· fabio ambusto hernici ꝓuincia
euenisset· aduersus tiburtes iussu populi exercitū duceret· Ad quorū auxilium
cū galli ex campania redissent· foedæ populationes in lauicano tusculano q· et
abbano agro haud dubie tiburtibus ducibus sunt factæ· et cū aduersus tibur
tē hostē duce consule contenta res· p̄· eēt· gallicus tumultus dictatorē cre
ari coegit· Creari· q̄· seruilius ah ala· t̄· quintiū magistrū equitū dixit· et ex
auctoritate patrū si ꝓspere id bellū euenisset· ludos magnos uouit· Dicta
tor ad continendos ꝓprio bello tiburtes· consulari exercitu iusso manere· om
nes iuniores nullo detrectante militiā sacramento adegit· Pugnatū haud
ꝓcul porta collina ē· totius uiribus urbis· In conspectu parentū coniugū q·
ac liberorū quæ magna etiā absentibus hortamenta animi· tū subiecta oculis
simul uerecundia miscēta q· militē accendebant· Magna utriq· edita cede· auer
titur tandē acies gallorū· fuga tibur sic arcē belli gallici petunt· palatiā con
sule poetilio haud ꝓcul tibure excepti· Egressis ad opē ferendā tyburtibus· si
mul cū his intra portas compelluntur· Egregie cū ab dictatore· tū ab consule
res gesta ē· et cons̄ alt̄ fabius p̄lius primū paruis postremo una insigni pugna
cū hostē totis adorti copiis essent· hernicos deuincit· Dictator consulibus in se
natu et apud populū magnifice collaudatis· et suarū q̊q· rerū illis remisso
honore· dictatura se abdicauit· Poetilius de gallis tiburtibus q· geminū triū
phū egit· Fabio satis uisū· ut ouans urbē iniret· Irridere poetilii triūphū ti
burtes· ubi enim eū secū acie conflixisse· spectatores paucos fugæ trepidatio
nis q· gallorū extra portas egressos· postquā in se q̊q· fieri impetū uiderint· et
sine discrimine obuios cædi· recepisse se intra urbē· eā rem triūpho dignam
uisam romanis· ne nimis mirū magnū q· censerent· tumultū exciere in hos
tiū portis· maiorē ipsos trepidationē ante moenia sua uisuros· Itaq· in se
quente anno· m̄· pompilio lænate· cn̄· mallio consulibus· primo silentio
noctis a tyburе agmine infesto ꝓfecti· ad urbē romanā uener̄· Terrorem
repente ex sōno excitatis· subita res· et nocturnus pauor prebuit· Ad hoc

multorū inscicia qui aut unde hostes aduenissent. Conclamatū tam̄ celerit̄ ad arma
est. et portæ stationibus muri q̄ p̄sidiis firmati. et ubi prima lux mediocrē mul
titudinē ante moenia neq̄ aliū quā tr̄burtē ostendit. egressi duabus portis con
ss̄ utrimq̄ aciē subeuntiū iā muros aggrediuntur. apparuit q̄ occasione ma
gis quā uirtute fretos uenisse. Adeo uix primū impetū romanorū sustinuere.
quin etiā bono fuisse romanis aduentū eorū constabat. orientē q̄ iam sedi
tionē int̄ patres et plebē metu tam ꝓpinqui belli compressā. Alius aduentus
hostiū fuit ꝓximo bello agris quā terribilior urbi. Populabundi tarquinien
ses fines romanos maxime qua ex parte ætruriā adiacent. ꝑagrauere. re
bus q̄ nequiquā repetitis. noui conss̄. c̄. fabius. et. c̄. plautius iussu populi bel
lū indixere. fabioq̄ ea ꝓuincia. plautio hernici euenere. Gallici q̄q̄ belli fa
ma increscebat. sed int̄ multos terrores solatio fuit pax latinis petentibus da
ta. et magna uis militū ab his ex foedere uetusto q̄d multis int̄miserant an
nis. accepta. Quo p̄sidio cū fulta res romana eq̄ēt. leuius fuit. q̄d gallos mox
p̄neste uenisse. atq̄ inde circa padū consedisse auditū ē. Dictatorē dici. c̄. sul
piciū placuit. Consul ad id accitus. c̄. plaucius dixit maḡ equitū dictatori ad
ditus. m̄. ualerius. Hi robora militū ex duobus consularibus exercitibus elec
ta aduersus gallos duxerunt. Lentius id aliquanto bellū quā parti utriq̄
placebat. fuit. Cū primo galli tantū auidi certaminis fuissent. deinde roma
nus miles ruendo in arma. ac dimicationē. aliquantū gallicā ferociā uince
ret. dictatori neutiquā placebat. quando nulla cogeret res. fortunæ se cō
mittere aduersus hostē. quē tēpus deteriorē in dies. et locis alienis faceret.
sine p̄parato cōmeatu. sine firmo munimento morantē. ad hoc his corpo
ribus animisq̄ quorū om̄is in impetu uis eēt. parua eadē languesceret
mora. His consiliis dictator bellū trahebat. grauē q̄ edixerat poenā si
quis iniussus in hostē pugnasset. Milites ægre id pacientes. prim̄o in stati
onibus vigiliisq̄ int̄ se dictatorē sermonibus carpere. Interdū patres cōmu
nit̄ increpare. q̄d non iussissent ꝑ consules geri bellū. electū eē eximiū
imperatorē. unicū ducē. qui nihil agenti sibi de cælo deuolaturā insi
nū uictoriā censeat. Eadē deinde hæc int̄diu ꝓpalā ac ferociora his iac
tare. se iniussu imperatoris aut dimicaturos. aut agmine romā ituros. In
misceri q̄ militibus centuriones. nec in circulis m̄odo fremere. sed iā in
principiis ac p̄torio in unū sermones confundi. atq̄ in contionis magni
tudinē crescere turba. et uociferari ex om̄ibus locis. ut extemplo ad dic
tatorē iretur. uerba ꝓ exercitu faceret sex. tullius. ut uirtute eiusdig

13

nū eēt· septimū primū pilū iā tullius ducebat· neq· erat in exercitu· qui quidē pedestria
stipendia fecisset· uir factis nobilior· Is p̄cedens militū agm̄· ad tribunal ꝑgit· miran
ti q· sulpicio non turbā magis quā turbæ principē tullīū· imperiis oboedientissimū
Oratio tullij
militē· scilicet dictator inquit condēpnatū se uniuersus exercitus a té ignauiæ ratus·
et ꝓpe ignominiæ causa destitutū sine armis· orauit me· ut suā causā apud té agerē·
equidē sicubi loco cessū· si terga data hosti· si signa foede amissa· obici nob̄ possent·
tam̄ hoc á te impetrari æquū censerē· ut nos uirtute culpā nr̄am corrigere et abole
re flagicii memoriā noua gl̄a patereris· etiā ad alliā fusæ legiones· eandē quā ꝑ pauo
rē amiserant patriā· ꝓfecto postea ab eis uirtute recuperauere· Nob̄ deū benignitate
felicitate tua· p̄· q· r̄· et res et gl̄a est integra· quam quā dé gl̄a uix dicere ausim·
si nos et hostes haud secus quā feminas abditos intra uallū omnibus contumeliis
eludunt· et tu imperator nr̄ qd̄ ægrius patimur exercitū tuū sine animis· sine ar
mis· sine manibus iudicas eē· et priusquā exptus nos esses· de nob̄ ita desperasti·
h. est. Sin autē non tuū istic sed publicū consiliū ÷. et consensus aliqui patrum n̄ gallicū bellū nos ab urbe
ut te mancorū ac debiliū ducē iudicares eē· Quid enī aliud eē causæ credamus
cur ueteranus dux fortissimus bello compressis qd̄ aiunt manibus sedeas· utcūq·
enim se habet res dé nr̄a uirtute dubitasse uideri· quā nos de tua uerius urbe
á penatibus ablegatos tenet· quæso· utea quæ dicā non a militibus imperatori dic
ta censeas· sed á plebe patribus· quæ sicut uos habeatis: consilia sic sé sua habiturā dicat·
Quis tandē succenseat milites nos eē· non seruos ur̄os· ad bellū non in exiliū mis
sos· siquis det signū· in aciē educat· ut uiris ac romanis dignū sit pugnaturos·
Si nihil armis opus sit· otiū romæ potius quā in castris acturos· Hæc dicta sint
patribus· te imperator milites tui oramus· ut nob̄ pugnandi copiā facias· cum
uincere cupimus· tū té duce uincere· tibi laureā insignē deferre· tecū trium
phantes urbē inire· tuū sequentes currū· iouis maximi tēplū gratantes ouan
tes q· adire· Orationē tullii exceper̄ p̄ces multitudinis· et undiq· ut signū da
14 ret· ut capere arma iuberet· clamabant· Dictator quam quā rem bonā exemplo
haud ꝓbabili actā censebat· tam̄ facturū qd̄ milites uellent se recepit· tulliū q· se
creto quænā hæc res sit· aut quo acta more ꝑcunctatur· Tullius magnopere á dic
tatore petere· né sé oblitū militaris disciplinæ· ne sui· neue imperatoriæ ma
iestatis crederet· multitudini concitatæ· quæ ferme auctoribus similis eēt· non
subtraxisse se ducē· nequis alius quales mota creare multitudo solet· existeret·
nam se quidē nihil non arbitrio imperatoris acturū· Illi qq· tam̄ uidendū mag
nopere eē· ut exercitū in potestate haberet· differi non posse adeo concitatos
animos· ipsos sibi locū ac tempus pugnandi sūpturos· si ab imperatore non
detur· Dū hæc locuntur· iumenta forte pascentia extra uallū gallo abigenti

duo milites romani ademerunt. In eos saxa coniecta a gallis. deinde ab romana statione cla
mor ortus. ac pcursū utrīq. est. iāq. haud pcul iusto p̄lio res erant. ni celerit̄ direptū certam̄
pcenturiones esset. Ad firmata certe eo casu tullii apud dictatorē fides est. Nec recipiente
iā dilationē re. in posterū diē edicitur acie pugnaturos. Dictator tam̄ ut qui magis a
nimis quā uiribus fretus ad certam̄ descenderet. om̄a circūspicere atq. agitare coepit.
ut arte aliqua t̄rorē hostibus incuteret. Sollerti animorē nouā excogitat. qua deinde mul
ti nr̄i atq. externi imperatores. nr̄a q̄q. quidā ætate usi sunt. Mulis strata detrahi iubet. mulis strata
binisq. tantū centunculis relictis. agasones partim captiuis. partim ægrorū armis or
natos imponit. His fere mille effectis. centū ammiscet. equites. et nocte sup castra in mon
tes euadere ac siluisse occultare iubet. neq. inde ante mouere. quam ab se accipe
rent signū. Ipse ubi illuxit. in radicibus montiū extendere aciē coepit sedulo. ut
aduersus montes consisteret hostis. Instructo uani terroris apparatu. qui quidem satis subtile ꝯsiliū
terror plus pæne ueris uiribus fuit. primo credere duces gallorū non descensu
ros in æquū romanos. deinde ubi digressos repente uiderunt. et ipsi aui dicer
taminis. in p̄liū ruunt. priusq. pugna coepit. quā signū ab ducibus daretur. acri
us inuasere galli dextrū cornu. neq. sustineri poterant. ni forte eo loco dicta
tor fuisset. sextū tulliū nomine increpans. rogitansq. sicine pugnaturos mili
tes spopondisset. ubi illi clamores sint arma poscentiū. ubi minæ iniussu im
peratoris p̄liū inituros. en ipsū imperatorē clara uoce uocare ad p̄liū. et ire
armatū ante prima signa. et quis sequeretur eorū. qui m̄do ducturi fuerint.
In castris feroces. in acie pauidi uera audiebant. Itaq. tantos pudor stimulos In castris feroces
ammouit. ut ruerent in hostiū tela alienatis á memoria periculi animis. Hic
primo impetus ꝓpe uecors turbauit hostes. eques deinde emissus turbatos auer
tit. Ipse dictator postquā labantē una parte uidit aciē. signa in læuū cornu con
fert. quo turbā hostiū congregari cernebat. et his qui in monte erant. signū qd
conuenerat dedit. Ubi inde q̄q. nouus clamor ortus. et tendere obliquo mon
te ad castra gallorū uisi sunt. tū metu ne excluderentur omissa est pugna.
cursu q. effuso. ad castra ferebantur. Ubi cū occurrisset ei. m̄. ualerius. magister
equitū. qui ꝓfligato dextro cornu obequitabat hostiū munimentis. ad montes
siluasq. uertunt fugā. plurimiq. ibi á fallaci equitū specie agasonibusq. ex
cepti sunt. et eorū quos pauor ꝑculerat. in siluas atrox cædes post sedatū
p̄liū fuit. Nec alius post. m̄. furiū quā. c̄. sulpicius iustiorē de gallis egit triū camillū scil.
phū. Auri q̄q. ex gallicis spoliis satis magnū pondus saxo quadrato septū in auri pond
capitolio sacrauit. Eodē anno et á consulibus uario euentu bellatū. nam her
nici á. c̄. plautio deuicti subacti q. sunt. Fabius collega eius in caute atq. in con

sulte aduersus tarquinienses pugnauit. nec in acie tantū ibi cladis acceptū. quā
.ccc.vij.romani immolati
qđ ccc vij milites romanos captos tarquinienses immolauerunt. Qua foedita
te supplicii. aliquanto ignominia. p̄. r̄. insignior fuit. Accessit ad eā cladē et
uastatio romani agri. quā priuernates. ueliterni deinde incursione repenti
na fecerunt. Eodē anno duæ tribus pomptina et publilia additæ. Ludi uotiui
quos. m̄. furius dictator uouerat facti. et de ambitu ab. c̄. poetilio tr̄ pl̄ auctori
bus patribus tū primū ad populū latū ē. ea q. rogatione nouorū maxime
hominū ambitionē qui nundinas et conciliabula obire soliti erant. compres
16 sam credebant. Haut æque læta patribus insequenti anno. c̄. marcio. cn̄. mallio
consulibus. de unciario foenore a. m̄. duilio. l. mænenio tr̄ pl̄ rogatio est ꝑlata.
et plebs aliquanto eā cupidius sciuit. acepit q. Ad bella noua priore anno
destinata. falisci q̄q. hostes exorti duplici crimine. qđ et cū tarquiniensibus
iuuentus eorū militauerat. et eos qui falerios ꝑfugerant. cū male pugnatū est.
repetentibus fecialibus romanis non reddiderant. Ea ꝓuincia cn̄. mallio obue
nit. Marcius exercitū in agrū priuernatē integrū pace longinqua induxit.
militē q. p̄da impleuit. Ad copiā rerū addidit munificentiā. qđ nihil
in publicū secernendo augendi rem priuatā militi fauit. Priuernates cū ante
moenia sua castris ꝑmunitis consedissent. uocatis ad contionē militibus. cas
tra nunc inquit uob̄ hostiū urbē q. p̄dæ do. si mihi pollicemini uos fortit̄ in acie
operā nauaturos. nec p̄dæ magis quā pugnæ paratos eē. Signū poscunt in
genti clamore. celsi q. et spe haud dubia feroces in p̄liū uadunt. Ibi ante sig
Sextus tullius
na sextus tullius de quo ante dictū ē. exclamat. aspice imperator inquit.
quēadmodū exercitus tuus tibi ꝓmissa prestet. pilo q. posito. stricto gladio
in hostē impetū faciat. Sequuntur tulliū antesignani om̄s. primo q. impetu
auertere hostē. Fusū inde ad oppidū ꝑsecuti. cū iam scalas moenibus admo
uerent. in deditionē urbē acceper̄. Triumphus de priuernatibus actus. ab al
tero consule nihil memorabile gestū nisi qđ legē nouo exemplo ad sutriū in cas
tris tributū de uicesima eorū qui manumitterentur. tulit. Patres quia ea lege
haud paruū uectigalis inopi ærario additū eēt. auctores fuerunt. Cæterū tr̄ pl̄
non tā lege quā exemplo. moti nequis postea populū seuocare. capite sanxerunt. Ni
hil enim non ꝑ milites iuratos in consulis uerba. quā ius ꝑniciosū populo si
id liceret. fieri posse. Eodē anno. c̄. licinius stolo. a. m̄. papilio lenate sua lege
x milibus æris ē dampnatus. qđ mille iugerū agri cū filio possideret. eman
ci pando q. filiū fraudē lege fecisset. Noui conss̄ inde. m̄. fabius ambustus. ij.
et. m̄. popilius lenas. ij. duo bella habuere. Facile alterū cum tr̄burtibus

qd lenas gessit· qui hoste in urbē compulso· agros uastauit· Faliscitarquinienses q· alte
rū consulē prima pugna fuderunt· Inde maximus terror fuit· qd sacerdotes eorum
facibus ardentibus anguibus q· p̄latis incessu furiali militē romanū insueta turba
uerunt specie· et tū quidē uelut limphati et attoniti munimentis suis trepido
agmine inciderunt· Deinde ubi cons legati q· ac tribuni puerorū ritu uana mi
racula pauentes irridebant· increpabant q· uertit animos repente pudor· et in
ea ipsa quæ fugerant· uelut cæci ruebant· Discusso itaq· uano apparatu hostiū·
cū in ipsos armatos sé intulissent· totā auertunt aciē· castris q· etiā eo die potiti·
p̄da ingenti parta· uictores reuerterunt· militaribus locis cū apparatū hostiū·
tū suū increpantes pauorē· Concitatur deinde om̄e nom̄ ætruscū· et tarquini
ensibus faliscis q· ducibus ad salinas p̄ueniunt· Aduersus eū terrorē dictator· c̄·
marcius rutilius primus de plebe dictus· magistrū equitū itē de plebe· c̄· plau
tiū dixit· Profectus ab urbe· utraq· parte tyberis ratibus exercitu qq· fama
hostiū ducebat· traiecto· multos populatores agrorū uagos palantes oppres
sit· Castra qq· nec opinato agressus coepit· et viij· mil hostiū captis· cæteris aut
cæsis aut ex agro romano fugatis· sine auctoritate patrū populi iussu
triūphauit· quia nec p̄ dictatorem plebeiū nec p̄ consulē comitia consula
ria haberi uolebant· et alt̄ consul fabius bello retinebatur· res ad int̄regnū
redit· Interreges deinceps· q̄· seruilius ala· cn̄· mallius· c̄· fabius· c̄· sulpicius·
l· æmilius· q̄· seruilius· m̄· fabius ambustus· In scdo interregno orta contentio
est· qd duo patricii conss̄ creabantur· int̄cedentibus q· tribunis int̄rex fabi
us aiebat· in xij· tabulis legē ēē· ut qd cū q· postremū populus iussisset· id
ius ratū q· ēēt· iussū populi et suffragia ēē· Cū int̄cedendo tribuni nihil ali
ud quā ut differrent comitia ualuissent· duo patricii conss̄ creati sunt· c̄·
sulpicius poeticus iij· m̄· ualerius publicola· eodē q· die magistratū inierunt·
18 quadringentesimo anno quā urbs romana condita erat· quinto tricesimo
quā á gallis recepta erat· ablato post nonū annū á plebe consulatu· patri
cii conss̄ ambo ex int̄regno magistratū iniere· c̄· sulpicius poeticus iij· m̄· ua
lerius publicola· Epulū eo anno ex tyburtibus haud memorando certamine
captū· siue duorū conss̄ auspicio bellū ibi gestū est· ut scripsere quidā· siue
p̄ idē tempus tarquiniensiū qq· sunt uastati agri ab sulpicio consule· quo
ualerius aduersus tyburtes legiones duxit· Domi maius certam̄ consulib;
cū plebe ac tribunis erat· fidei iā suæ non solū uirtutis ducebant ēē· ut
accepissent duo patricii consulatū· Ita ambobus patriciis mandare· quin aut
toto cædendū ēēt· si plebeius iā magistratus consulatus fiat· aut totū possi

consul uictus

Marci primus dictator de plebe

viij· mil

Anno· cccc· urbis condite duo patricii consules creati.

Id uo patrib· indignū uideri· etiā dictaturā iā i promisco ēē· omiq· ope impediebant· neq̄d dictatori ad id bellū
decerneret· parareturue· Eo p̄mptius cuncta ferente dictatore populus iussit

dendū· quā possessionē integrā á patribus accepissent· Plebes contra fremit· quid se
uiuere· quid in parte ciuiū censeri· siqđ duorū hominū uirtute· l· sextii ac· c̄· lici
nii partū sit· id obtinere uniuersi non possint· uel reges uel xuiros uel siqđ tristius
sit imperii nom̄ paciendū ēē potius· quā ambos patricios cons̄s uideant· nec inuicē
pareatur· atq· imperetur· sed pars altera in æternū imperio locata plebē nusquam
alienatā quā ad seruiendū putet· non desunt tribuni auctores turbarū· Sed in
ter concitatos ꝑ se om̄s uix duces eminent· Aliquotiens frustra in campū descen
sū cū eēt· multiq· ꝑ seditiones acti comitiales dies· postremo uicta ꝑseuerantia
consulū plebis eo dolor erupit· ut tribunos actū ēē de libertate uociferantes·
relinquendū q· non campū iam solū sed etiā urbē captā· atq· oppressam· reg
no patriciorū mesta plebs sequeretur· Cons̄s relicti á parte populi ꝑ infrequen
tiā comitia nihilo segnius ꝑficiunt· Creati cons̄s ambo patricii· m̄· fabius ambus
tus iij· t̄· quintius· in quibusdā annalibus ꝓ· t̄· quintio· m̄· popiliū cons̄ inue
19 nio· Duo bella eo anno ꝓspere gesta· cū tr̄burtibus q̊· ad deditionē pugnatum·
sassula ex his urbs capta· cæteraq· oppida eandē fortunā habuissent· ni uni
uersa gens positis armis in fidē cons̄ uenisset· Triūphatū de tr̄burtibus· alio
quin mitis uictoria fuit· in ꝯ quinienses acerbe sæuitū· multis mortalibus
in acie cæsis· ex ingenti captiuorū numero ccc· l· viij· delecti· nobilissimus
quisq· qui romā mitterentur· Uulgus aliud trucidatū· Nec populus in eos
qui missi romā erant· mitior fuit· Medio in foro om̄s uirgis cæsi· ac securi ꝑ
cussi· Id ꝓ immolatis in foro tarquiniensiū romanis poenæ hostibus redditū·
R es bene bello gestæ· ut samnites q̊q· amiciciā peterent effecerunt· Legati seo
rū comit̄ ab senatu responsū· foedere in societatē accepti· Non eadē domi
quæ militiæ fortuna erat· plebi romanæ· Nam et si unciario foenore facto leua
ta usura erat· forte ipsa obruebantur inopes· nexū q· inibant· Eo nec pa
tricios ambo cons̄s neq· comitiorū curā publicaue studia p̄ priuatis incom
modis plebs ad animū ammittebat· Consulatus iterq· apud patricios ma
net· Cons̄s creati· c̄· sulpicius poeticus iiij· m̄· ualerius publicola iterū·
I n bellū ætruscū intentā ciuitatē quia cæritē populū miscđa consangui
nitatis tarquiniensibus adiunctū fama ferebat· Legati latini aduols
cos conuertere· nunciantes exercitū conscriptū· armatū q· iā suis fini
bus imminere· inde populabundos in agrū romanū uenturos ēē· Cen
suit igitur senatus neutrā neglegendā rē ēē· utroq· legiones scribi· con
sulesq· sortiri ꝓuincias iussit· Inclinauit deinde pars maior curæ in
ætruscū bellū· Postquā litteris sulpicii consulis cui tarquinii ꝓuincia

ccc· l· viii· tarquinien
siū rome v̄gis
cesi et securi sūt· ī
ultionē romanorū
q̊s ꝓius īmolauerāt

euenerat · cognitū est depopulatū agrū circa romanas salinas · p̄ deq · partē incertū fines auec
tam · et haud dubie uiuentutē eius populi int̄ p̄datores fuisse · itaq · ualeriū consulem
uolscis oppositū · castraq · ad finē tusculanū habentē · reuocatū inde senatus dictatorem
dicere iussit · t̄ · malliū · l · f̄ · dixit · l s cum sibi magistrū equitū · ā · corneliū cossū · dixisset ·
consulari exercitu contentus · ex auctoritate patrū ac populi iussu ceretibus bellum in
20 dixit · Tum primū ceretes tamquā in uerbis hostiū uis maior ad bellū significandū
quam in suis factis qui p̄ populationē romanos lacessi erant esset · uerus belli terror inua
sit · et quā non suarū uiriū ea dimicatio esset · cernebant · poenitebatq · populationis ·
et tarquinienses execrabantur defectionis auctores · nec arma aut bellū quisquā appara
re · sed p̄ se quisq · legatos mitti iubebat ad petendā erroris ueniā · Legati senatū cū adis
sent · ab senatu reiecti ad populū · deos rogauerunt · quorū sacra bello gallico acceptari
te p̄curassent · ut romanos florentes ea sui misericordia caperet · quæ se rebus affectis quon
dā · p · r̄ · cepisset · Conuersiq · ad delubra uestę · hospitiū flaminū uestaliūq · ab se caste ac
religiose cultū inuocabant · ea ne meritos crederet quisquā · hostes repente sine causa
factos · aut si quid hostilit̄ fecissent consilio id magis quā furore lapsos fecisse · ut sua uete
ra beneficia locata p̄sertī apud tam gratos · nouis corrūperent maleficiis · florentemq ·
· p · r̄ · ac felicissimū bello sibi desumerent hostē · cuius afflicti amiciā cepissent · ne ap
pellarent consiliū quę uis ac necessitas appellanda eēt · transeuntes agmine infesto p̄
agrū suū tarquinienses cū p̄ter uiā nihil petissent · traxisse quosdā agrestiū populati
onis eius quæ sibi crimini detur comites · eos seu dedi placeat dedere se paratos eē · seu
supplicio affici · daturos poenas · cere sacrariū · p̄ r̄ · diuersoriū sacerdotū · ac receptacu
lū romanorū sacrorū intactū inuiolatūq · crimine belli · hospicio uestaliū cultisq ·
dis darent · Mouit populū non tā causa p̄sens · quā uetus meritū · ut maleficii quā
beneficii potius immemores essent · Itaq · pax populo ceriti data · indutiasq · in centū
annos factas · in s · c̄ · referre placuit · Infaliscos eodē noxios crimine uis belli conuer
sa est · Sed hostes nusquā inuenti cū populatione p̄agrati fines essent · ab oppugna
tione urbiū tēperatū · legionibusq · romā deductis · reliquū anni muris turribusq ·
reficiendis consūptū · et edes apollonis dedicata est · extremo anno comitia consu 21
laria certam̄ patrū ac plebis diremit · tribunis negantibus passuros comicia haberi ·
ni secundū liciniā legē haberentur · dictatore obsti[illegible]nato tollere potius totū ere
p̄ · consulatū quā p̄miscū patribus ac plebi facere · [illegible]ptelandis igitur comicus ·
cū dictator magistratu abisset · res ad int̄regnū redit · infestā inde patribus ple
bē int̄reges cum accepissent · ad undecimū int̄regē seditionibus certatū est ·
legis litiniæ patrocinium tribuni iactabant · Propior dolor plebi foenoris ingrauas
centis erat · cureq · priuatæ in certaminibus publicis erūpebant · quarū tedio pa

tres. l. corneliū sapionē. int regē concordiæ causa obseruare legē licinia comitiis cō
sularibus iussere. P. ualerio publicolæ datus é plebe collega. c. marcius rutiliusꝰ
Inclinatiss̄e nel in concordiā animis noui conss fenebrē qq. rem quæ destinere una
nimos uidebatur. leuare aggressi. solutionē alieni æris in publicā curā uerterunt
v. uiris creatis. quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. merti æqui
tate curauerunt. ut p omniū annaliū monimenta celebres nominibus essent.
Fuere autē. c. duellius. p. decius mus. m. papirius. q. publius. et. t. æmilius. quirē
difficillimā tractatu. et plerūq; parti utriq; semp certe alteri graue. cū alia mode
ratione. tū impendio magis publico. quā iactura sustinuerunt. Tarda enim
nomina et impedtiora inertia debitorū quam facultatibus. aut ærariū mensis
cū ære in foro positis dissoluit. ut populo prius caueretur. aut estimatio æquis
rerū pcis liberauit. ut non modo sine iniuria sed etiā sine querimoniis partis utri
usq; exhausta uis ingens æris alieni sit. Terror inde uanus belli ætrusci cū con
iurasse xiij. populos fama cēt. dictatorē dici coegit. Dictus in castris. eó enim ad
consules missus. c. est. c. iulius. cui magister equitū adiectus. L. æmilius. Cæte
rum foris tranquilla oīa fuere. Temptatū domi p dictatorē ut ambo patricii
conss crearentur. rem ad interregnū pduxit. Duo interreges. c. sulpicius et. m. fa
bius interpositi optinuere. qđ dictator frustra tētenderat. mitiore iam plebe
ob recens mertū leuati æris alieni. ut ambo patricii conss crearentur. Creati
ipse. c. sulpicius poeticus. qui prior interregno abiit. et. t. quintius poenus. qui
dam cæsonē alii cognom quintio adiecerunt. Ad bellū ambo pfecti. faliscū quin
tius. sulpicius tarquiniense. nusquā acie congresso hoste. cū agris magis quam
cū hominibus. urendo populabundo q; gesserunt bella. Cuius lentæ uelut tabis
senio uicta utriusq; ptinacia populi est. ut primū á consulibus deinde pmissu
eorū ab senatu induciis peterent. Inxl. annos impetrauerunt. Ita posita duorū
bellorū quæ imminebant cura. dū aliqua ab armis quies eēt. quia solutio æris ali
eni multarū rerū mutauerat dominos. censū agi placuit. Cæterū cū censoribus
creandis indicta comitia essent. pfessus censurā sé petere. c. marcius rutiliusꝰ. qui
primus dictator de plebe fuerat. concordiā ordinū turbauit. qđ uidebatur qui
dē tempore alieno fecisse. quia ambo tū forte patricii conss erant. qui ratio
nē eius se habituros negabant. Sed et ipse constantia incoeptū optinuit.
et tribuni omni ui recuperando iuri consularibus comitiis amissū adiuuerunt.
et cū ipsius uiri maiestas nullius honoris fastigiū non æquabat. tū p eundē
qui ad dictaturā aperuisset uiā. censurā qq. in partē uocari plebes uolebat. Hæc
uariatū comitiis est. quin cū mallio næuio censor martius crearetur. Dictatorē

quoq· hic annus habuit· m̄· fabiū· nullo terrore belli· sed ne licinia lex comitiis consulari
bus obseruaretur. Magister equitū dictatori additus· q̄· seruilius· nec tam̄ dictatu
ra potentiorē eum consensu patrū consularibus comitiis fecit· quā censoris fuerat·
23 m· popilius lenas a plebe cōs· a patribus· l· cornelius scipio datus· Fortuna quoq·
inlustriorē plebeiū cons̄ fecit· nam cū ingentē gallorū exercitū in agro latino cas
tra posuisse nuntiatū eēt· scipione graui morbo implicito· gallicū bellū popilio
extra ordinē datū· Is in pigre exercitu scripto· cū omīs extra portā capenā ad mar
tis edē conuenire armatos iuniores iussisset· signaq· eodē questores ex erario defer
re· quattuor expletis legionibus· qd̄ sup̄fuit militū· p̄· ualerio publicolę p̄tori tra
didit· auctor patribus scribendi alterius exercitus· qd̄ ad incertos belli euentus sub
sidiū rei· p̄· eēt· ipse iam satis omnibus instructis comparatisq· ad hostē pergit·
Cuius ut prius nosceret uires quam periculo ultimo temptaret· in tumulo quē
p̄ximū castris gallorū capere potuit uallū ducere coepit· Gens ferox et inge
nii auidi ad pugnā· cum p̄cul uisis romanorū signis ut extemplo p̄liū initura ex
plicuisset aciem· post quā neq· inequū dimitti agmen uidit· et cū loci altitudine
tam uallo etiā integi romanos p̄culsos pauore rata· simul oportuniores qd̄ inten
ti· tū maxime operi essent truci clamore aggreditur· ab romanis nec opus int̄
missū· triarii erant qui muniebant· et ab hastatis principibusq· qui p̄munitoribus
intenti armatiq· steterunt· p̄liū initū· p̄ter uirtutē locus quoq· superior adiu
uit· ut pila om̄a hastæq· non tamquā ex equo missa uana qd̄ plerūq· fit caderent·
sed om̄a librata ponderibus figerentur· oneratiq· telis galli· quibus aut cor
pora transfixa· aut p̄grauata inherentibus gerebant scuta· cum cursu pene
in aduersū subissent· primo incerti restitere· Dein cum ipsa cunctatio et his
animos minuisset et auxisset hosti· inpulsi retro ruere alii sup̄ alios· stragēq·
int̄ se cede ipsa fediorē dare· adeo p̄cipiti turba obstricti plures quā ferro ne
24 cati· nec dū certa romanis uictoria erat· alia in cāpū digressis sup̄erat moles·
namq· multitudo gallorū sensū omnē talis damni exsuperans uelut noua
rursus exoriente acie· integrū militē aduersus uictorē hostē ciebat· stetitq·
suppresso impetu romanus· et quia iterū fessis subeunda dimicatio erat·
et qd̄ cōs dū int̄ primores incautus agitat leuo humero matari p̄pe traiecto
cesserat parūp̄ ex acie· Iamq· omissa cunctando uictoria erat· cū consul uul
nere alligato· reuectus ad prima signa· quid stas miles inquit non cū latino
sabinoq· hoste res est· quē uictū armis sociū ex hoste facias· in beluas strinc
ximus ferrū· Hauriendus aut dandus est sanguis· p̄ropulistis a castris· supi
na ualle p̄cipites egistis· stratis corporibus hostiū sup̄statis· complete eadem

strage campos· qua montis replestis· Nolite spectare· dū stantes uos fugiant· inferenda s̄
signa· et uadendū in hostē· His adhortationibus iterū coorti· pellunt loco primos mani
pulos gallorū· cuneis deinde in mediū agmen ꝑrumpunt· Inde barbari dissipati· quibus
nec certa imperia nec duces essent· uertunt impetū in suos· fusi q· ꝑ campos et p̄ter castra
etiā sua fuga p̄lati· qđ editissimū int̄ æquales tumulos occurrebat oculis· arcē albanā
petunt· Consul non ultra castra insecutus· quia et uulnus degrauabat· et subicere
exercitū tumulis ab hoste occupatis· nolebat· p̄da om̄i castrorū militi data· uictorē ex
ercitū opulentū q· gallicis spoliis romā reduxit· Morā triūpho uulnus consulis attulit·
eadē q· causa dictatoris desideriū senatui fecit· ut eēt· qui ægris consulibus comitia ha
Camillus beret· Dictator· l· furius camillus dictus· addito magistro equitū· p̄· cornelio scipione·
reddit patribus possessionē pristinā consulatus· Ipse ob id meritū ingenti patrū studio
appi⁹ crassus. 25 creatus cons̄ collegā appiū claudiū crassū dixit· Priusquā inirent noui cons̄ magistra
tū· triumphus á popilio de gallis actus· magno fauore plebis· mussantes q· int̄ se ro
gitabant· nū quē plebei consulis poeniteret· Simul dictatorē increpabant· qui legis
liciniæ spretæ mercede consulatū priuata cupiditate quā publica iniuria foediorem
coepisset· ut se ipse consulē dictator crearet· Annus multis uariis q· motibus fuit in
signis· Galli ex albanis montibus qui hiemis uim pati nequiuerant· ꝑ campos ma
ritima q· loca uagi populabantur· Mare infestū classibus græcorū erat· ora q· litoris
antiatis· laurens q· tractus· et tiberis ostia· ut p̄dones maritimi cū terrestribus congres
si· ancipiti semel p̄lio decertarent· dubiq· discesserint· in castra galli· greci retro ad
naues uictos se an uictores putarent· Int̄ hos longe maximus extitit terror· conci
lia populorū latinorū ad lucū ferentinæ habita· responsū q̄ haud dubiū imperan
tibus milites romanis datū· absisterent imperare his· quorū auxilio egerent· la
tinos ꝑ sua libertate potius quā ꝑ alieno imperio laturos arma· Inter duo simul
bella externa· defectione etiā sociorū senatus anxius· cū cerneret metu tenendos
quos fides non tenuisset· extendere om̄s impetu uires· cons̄ dilectu habendo
iussit· ciuili quippe standū exercitu eē· quando socialis coetus desereret· un
x. legiones diq̄ non urbana tantū sed etiā agresti iuuentute x· legiones scriptæ dicuntur·
quaternū miliū et ducentorū peditū equitū q̄ ccc· quē nunc nouū exercitū
siqua externa uis ingruat· hæ uires· p̄· r̄· quas uix terrarū capit orbis· contrac
tæ in unū haud facile efficiant· adeo in quæ laboramus sola creuimus diui
tias luxuriā q̄ Inter cætera tristia eius anni consul alt̄ appius claudius in ip
so belli apparatu moritur· redierant q̄ res ad camillū· cui unico consuli uel
ob aliā dignationē haud subiciendā dictaturæ· uel ob omen faustū ad gal
licū tumultū cognominis· dictatorē arrogati· haud satis decorū uisū est patri

bus Cons̄ duabus legionibus urbi p̄positis octo cū l. pinario p̄tore diuisis memor
paternæ uirtutis gallicū sibi bellū extra sortē sumit Prætorē maritimā orā tutari
græcosq; arcere litoribus iussit et cū in agrū pomptinū descendisset quia neq; in eam
pis congredi nulla cogente re uolebat et ꝓhibendo populationibus quos rapto
uiuere necessitas cogeret satis domari credebant hostē locū idoneū statuis dele
26 git Ubi cū stationibus quieti tempus tererent gallus ꝓcessit magnitudine atq; ar
mis insignis quatiensq; scutū hasta cū silentiū fecisset ꝓuocat ꝑ interpretē unū
ex romanis qui secū ferro decernat M. erat ualerius tr̄ mil adolescens qui haud
indigniorē eo decore se quā t̄ malliū ratus prius sciscitatus consulis uoluntatē
in mediū armatus ꝓcessit Minus insigne certam̄ humanū numine int̄posito de
orū factū Namq; conserenti iā manū romano coruus repente in galea conse
dit in hostē uersus qd̄ primo ut in auguriū cælo missū lætus accepit tribu
nus p̄catus deinde si diuus si diua eēt qui sibi p̄petē misisset uolens ꝓpiti
us adeēt Dictu mirabile tenuit non solū ales captam semel sedē sed quoti
enscūq; certam̄ initū est leuans se ales os oculosq; hostis ÷ rostro et unguibꝫ
appetijt donec territū ꝓdigij talis uisu oculisq; simul ac mente turbatū uale
rius obtruncat Coruus ex conspectu elatus orientē petit hactenus quietæ utrīq;
stationes fuere Postquā spoliare corpus cæsi hostis tribunus coepit nec galli se
statione tenuerunt et romanorū cursus ad uictorē etiā otior fuit ibi circa iacen
tis galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur iam non manipu
lis ꝓximarū stationū sed legionibus utrimq; effusis res geritur Camillus lætū
militē uictoria tribuni lætū tam p̄sentibus ac sc̄dis :dijs ire in p̄liū iubet ostentans
q; insignē spolijs tribunū hunc imitare miles aiebat et circa iacentē ducem
sterne gallorū cateruas Dij homines q; illi affuere pugnæ depugnatū q; haud
quaquam certamine ambiguo cū gallis est Adeo duorū militū euentū int̄
quos pugnatū erat utraq; acies animis p̄ce pe erat Int̄ primos quorū concursus
alios exciuerat atrox p̄liū fuit alia multitudo priusquā ad coniectū teli ue
niret terga uertit primo ꝑ uolscos falernū q; agrū dissipati sunt inde apu
liā ac mare inferū petierunt Consul contione aduocata laudatū tribunum
decē bobus aureaq; corona donat ipse iussus ab senatu bellū maritimum
curare cū p̄tore iunxit castra Ibi quia res trahi segnitia grecorū non commit
tentiū se in aciē uidebantur dictatorē comitiorū causa t̄ malliū torqua
tū ex auctoritate senatus dixit Dictator magistro equitū ā cornelio cosso
dicto comitia consularia habuit æmulū q; decoris sui absentē m̄ ualeriū
coruinū ide nī illi deinde cognominis fuit sūmo fauore populi iij et xx natū

Gallus ingens

Valerius romanus

coruus sedens in galea valerij

Gallus cecidit coruo iuuante valerium

Valerius coruinus

annos· cons renunciauit· Collega coruino de plebe· m· popilius lenas· iiij· cons fu
turus datus est· Cū grecis á camillo nulla memorabilis gesta res· nec illi terra
nec romanus mari bellator erat· Postremo cū litoribus arcerentur· aqua etiā
p̄ter cætera necessaria usui deficiente· italiā reliquere· Cuius populi ea· cuius
gentis classis fuerit nihil certi est· Maxime siciliæ fuisse tyrannos crediderī·
nā ulterior grecia ea tempestate intestino fessa bello· iā macedonū opes hor
27 rebant· Exercitibus dimissis· cū et foris pax et domi concordia ordinū ociū eēt·
ne nimis lætæ res essent· pestilentia ciuitatē adorta· coegit senatū imperare
xuiris· ut libros sibillinos inspicerent· eorū q· monitu lectisterniū fuit· Eodē
ano satricū satricū ab anciatibus colonia deducta· restituta q· urbs quā lati
ni diruerant· et cū cū carthaginiensibus legatis romæ foedus ictū· cū amici
ciā ad societatē petentes uenissent· Idē ociū domi foris q· mansit· t· mallio
torquato ij· c· plaucio consulibus· semunciariū tantū ex unciario foenus fac
tū· et impensiones æquas triennii· ita ut quarta p̄sens eēt· solutio æris alie
ni dispensata est· et sic q̊q· parte plebis affecta· fides tam̄ publica priuatis
difficultatibus potior ad curā senatui fuit· leuatæ maximæ res· quia tribu
to ac dilectu sup̄sessū· terciū anno post satricū restitutū á uolscis· m· uale
Coruinus rius coruinus ij· consul cū· c· poetilio factus· cū ex latio nunciatū eēt· lega
tos ab antio circūire populos latinorū ad concitandū bellū· prius quā plus
hostiū fieret· uolscis arma inferre iussus· ad satricū exercitu infesto p̄git·
lucanorū auctores q. defectionis tarentini sollicitos haberent patres. accessit. ut et
uestinus populus samnitibus se se coniungeret. Quæ res sicut eo anno sermonibus ma
gis passim hominū iactata. quā in publico ullo concilio est. Ita insequentis anni consu
libus. L. furio camillo iterū. iunio bruto sceuæ. nulla prior potior q. uisa ē. de qua
ad senatū referrent. Et quāquā noua res erat. tam̄ tanta cura patres incessit. ut pari
ter eā susceptā neglectā q. timerent. ne aut impunitas eorū lasciuia suꝑbia q. aut
bello poenæ expetitæ metu ꝓpinquo atq. ira concirent finitimos populos. et erat om̄e
genus abunde samnitibus par. marsi peligni q. et marrucini quo si uestinus at tange
retur. om̄s hostes habendos. Uicit tam̄ pars quæ in p̄sentia uideri potuit. maioris
animi quā consilii. sed euentus docuit fortes fortunā iuuare. bellū ex auctoritate
patrū populus aduersus uestinos iussit. prouincia ea bruto. samniū camillo sorte eue
nit. Exercitus utroq. ducti. et cura tuendorū finiū hostes ꝓhibiti coniungere arma.
Cæterū alterū consulē. L. furiū cui maior moles rerū imposita erat. morbo graui
implicitū. fortuna bello subtraxit. iussu q. dictatorē dicere rei gerendę causa lon
ge clarissimū bello ea tempestate dixit. L. papyriū cursorē. a quo. q. fabius maxi
mus rutilianus magister equitū est dictus. Par nobile rebus in eo magistratu ges
tis. discordia tam̄ quaꝑpe ad ultimū dimicationis uentū est. nobilius ab altero con

Hic incipit de lucio cursore papirio dictatore. q. fabio maximo magro equitum.

sule in uestinis multiplex bellū nec usquā uario euentu gestū est. Nam et ꝑuastauit agros.
et populando atq. urendo tecta hostiū sata q. in aciē inuitos extraxit. et ita ꝑlio uno ac
cidit uestinorū res. haud quaquā tā ingruente milite suo. ut non in castra solū refugeret
hostes. sed iā ne uallo quidē ac fossis freti dilaberentur in oppida. situ urbiū moenibusq.
se defensuri. postremo oppida q̊q. ui expugnare abortus. primo cutinā ingenti ardore
militū aut uulnerū ira quod haud fere quisquā integer ꝑlio excesserat. scalis coepit. de
inde ungiliā. Utriusq. urbis ꝑdā militibus qđ eos neq. portæ nec muri hostiū arguerant
30 concessit. In samniū incertis itū auspiciis est. Cuius rei uiciū non in belli euentū qđ ꝓspere ges
tū ē. sed in rabiē atq. iras imperatorū uertitur. Namq. papyrius dictator á pullarib; moni
tus. cū ad auspiciū repetendū romā ꝓficisceretur. magistro equitū denunciauit. ut se se loco
teneret. neu absente se cū hoste manū consereret. Fabius cū post ꝓfectionē dictatoris ꝑ ex
ploratores comperisset ꝑinde om̄a soluta: apud hostes ac si nemo romanus in samnio eēt. seu ferox ado
lescens indignitate accensus. qđ om̄a in dictatore uiderentur reposita ēē. seu occasione bene
gerendæ rei inductus. exercitu instructo parato q. ꝓfectus ad imbriniū. ita uacuū locū. acie
cū samnitibus conflixit. Ea fortuna pugnæ fuit. ut nihil relictū sit. qđ si affuisset dicta
tor. res melius geri potuerit. Non dux militi. non miles duci defuit. Eques etiā auctore
L. cominio tr̄ mil. qui aliquotiens impetu capto ꝑrūpere non poterat hostiū agm̄. de
traxit frenos equos. atq. ita concitatos calcaribus ꝑmisit. ut sustinere eos nulla uis pos
set. ꝑarma ꝑ uiros latæ stragē dedere. Secutus pedes impetū equitū turbatis hostib;
intulit signa. xx mil hostiū cæsa eo die traduntur. auctores habet bis cū hoste sig
na collata dictatore absente. bis rē ægregiæ gestā. apud antiquissimos auctores una
hæc pugna inuenitur. in quibusdā annalibus tota res ꝑtermissa ē. Magister equi
tū ut ex tanta cæde multis potitus spoliis congesta in ingentē aceruū hostilia arma
subdito igne concremauit. seu uotū id deorū cuipiā fuit. seu credere libet fabio auc
tori eo factū ne suæ gl̄æ fructū dictator caperet. nom̄ q. ibi scriberet. aut splolia in
triūpho ferret. Litteræ q̊q. de re ꝓspere gesta. ad senatū non ad dictatorē missæ. ar
gumentū fuere minime cū eo cōmunicantis laudē. Ita certe dictator id factū accepit.
ut lætis alius uictoria parta pre se ferret irā tristiciā q. Misso itaq. repente senatu. se ex
curia ꝓripuit. tū uero non samnitiū magis legiones quā maiestatē dictatoriā et disci
plinā militarē á magistro equitū uictā et euersā dictitans. si illi impune spretū impe
riū fuisset. Itaq. plenus minarū iræ q. ꝓfectus in castra cū maximis itineribus isset. non ta
men ꝑuenire famā aduentus sui potuit. Precurrerant enī ab urbe. qui nunciarent
dictatorē auidū poenæ uenire. alternis poene uerbis. t̄. mallu factū laudantem.
31 Fabius contione extēplo aduocata. obtestatus milites ē. ut qua uirtute rem. ꝑ. ab in
festissimis hostibus defendissent. eadē se cuius ductu auspicio q. uicissent. ab impo

Nota de fabio

xx. milia

arma cōcremauit

papirus cōmotus

Nota istud de oratione fabij

tenti crudelitate dictatoris tutarentur. ¶ uenire amentē inuidia iratū uirtuti alienæ felicitati q̄ furere. q̄d se absente res. p̄. ægregiæ gesta eēt. malle simutare fortunā posset. apud sāntes quā romanos uictoriā eē. imperiū dictatare spretū. tā quā non eq̄dē mente pugnari uetuerit qua pugnatū doleat. et tunc inuidia impedire uirtutē alienā uoluisse. cupidissimusq̄ arma ablaturū fuisse militibus. ne se absente moueri possent. et nunc id furere. id ægre patu. q̄d sine. L. papy̆rio non inermes non mancipi milites fuerint. q̄d se. q̄. fabius magistrū equitū duxerit. hoc nunc accensū dictatorē dictatorē. quid illū facturū fuisse. si q̄d bellu casus ferunt marsq̄ communis. aduersa pugna euenisset. qui sibi deuictis hostibus res. p̄. bene gesta. ita ut non ab ullo unico duce melius geri potuerit. supplicii magistro equitū tunc inuicto. ¶ rē uelut in capto exercitu. in festiorē quā tribunis militū. quā centurionibus. quā militibus. minatus eēt. Si posset. in omīs sæuiturū fuisse. quia id neque æt. in unū seuire. etiā inuidiā tā quā ignominiā suā petere. ¶ in caput consilium in ducem incurrere. si se simul cū gtā rei gestæ extinxisset dominantē. quicquid licuerit in magistro equitū. in militibus ausurū. ¶ proinde adessent in sua causa omniū libertati. si consensū exercitus eundē qui in plio fuerit intuenda uictoria uideat. et salutē uniusq̄ omnibus curæ eē. inclinaturū ad clementiorē sententiā animū. postremo se uitā fortunasq̄ suas illorū fidei uirtuti q̄ permittere. Clamor é tota contione ortus. ut bonū animū haberet. neminē illi uim allaturū. salus legionibus romanis. Haud multo post dictator aduenit. classico q̄ extemplo ad contionē aduocauit. Tū silentio facto. p̄co. q̄. fabiū magistrū equitū concitauit. Qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit

Nota

Tū dictator. quæro inquit de te. q̄. fabi. cū sūmo imperiū dictatori sit. pareant q̄. et consules regia potestas. p̄tores his dē auspicius quibus consules creati. æquū censeas nec ne magistrū equitū dicto audientē eē. Ite q̄. illud interrogo. cū me incertis auspiciis pfectū ab domo scirē. utrū mihi turbatis religionibus res. p̄. in diserim cōmittenda fuerit. an auspicia repetenda. ne quid dubiis dis agerē. ¶ simul illud. quæ dictatori religio impedimento ad rē gerendā fuerit. nū ea magister equitū solutus ac liber potuerit eē. Sed quid ego hæc interrogo. cū si ego tacitus abissē. tamē tibi ad uoluntatis interp̄tationē meæ dirigenda tua sententia fuerit. ¶ quin tu respondes uetueri ne te quicquā rei me absente agere. ¶ uetueri ne signa cū hostibus conferre. ¶ quo tū imperio meo spreto. incertis auspiciis. turbatis religionibus aduersus morē militarē disciplinā q̄. maiorū et num deorū ausus es cū hoste confligere. ¶ Ad hæc quæ interrogatus ē respondeat. extra ea. caue uocē mittat. ac cæde licitor. Aduersus quæ cū respondere haud facile eēt. ¶ et nunc quereretur eundē accusatorē capitis sui ac iudicē eē. mō do uitā sibi eripientis quā gtam rerū gestarū posse uociferaretur. purgaret q̄. se inuicē atq̄ ultro accusaret. tunc papy̆rius redintegrata ira.

spoliari magistrū equitū· ac uirgas et secures expediri iussit· Fabius fidē militū implorans· uirgas et secures
lacerantibus uestē lictoribus· ad triarios tumultū iā in contione miscentes sese recepit·
Inde clamor in totā contionē est ꝑlatus· alibi p̄ces· alibi minæ audiebantur· qui ꝓx
imi forte tribunali steterant· quia subiecti oculis imperatoris· noscitari poterant· Orabant·
ut parceret magistro equitū· neu cū eo exercitū dampnaret· extrema contio et circa
fabiū globus increpabant inclementē dictatorē· nec ꝓcul seditione aberant· ne tri
bunal quidē satis quietū erat· legati circūstantes sellā· orabant· ut rē in posterū diē
differret· et iræ suæ spaciū et consilio tempus daret· satis castigatā adolescentiā fabii
eē· satis deformatā uictoriā· ne ad extremū finē supplicii tenderet· neu unico iuueni
neu patri eius clarissimo uiro· neu fabiæ genti eā iniungeret ignominiā· Cū parū p̄ci
bus parū causa ꝓficerent· intueri sæuientē contionē iubebant· ita irritatis militū ani
mis· subdere ignē ac materiā seditioni· non eē ætatis non prudentiæ eius· neminē
id· q̄· fabio poenā dep̄canti suā uicio uersurū· sed dictatori si occecatus ira infestā mul
titudinē in se prauo certamine mouisset· postremo ne id se grāe dare· q̄· fabii cre
deret· se uisiurandū dare paratos eē· non uideri ē re· p̄· in q̄· fabiū eo tēpore anim
33 aduerti· His uocibus cū in se magis incitarent dictatorē· quā magistro equitū pla
carent· iusside tribunali descendere legati· et silentio nequiquā ꝑ p̄conē tempta
to· p̄ strepitu ac tumultu· nec ipsius dictatoris nec apparitorū eius uox audiretur·
nox uelut in p̄lio certamini finē fecit· Magister equitū iussus postero die adeē· cū
om̄s affirmarent infestius papyriū exarsurū· agitatū conuentione ipsa exacerbatūq·
clam ex castris romā ꝓfugit· et patre auctore· m̄· fabio quiter iā consul dictator q· dictator romā ꝓfugit
fuerat· uocato extēplo senatu· cū maxime conquereretur apud patres apud pa
tres uim atq· iniuriā dictatoris· repente strepitus ante curiā lictorū submouentiū
auditur· et ipse infensus aderat· Postquā comperit ꝓfectū ex castris· et cū ex
pedito equitatu secutus· Iterata deinde contentio· et p̄hendi fabiū papyrius ius
sit· Ubi cū dep̄cantibus primoribus patrū· atq· uniuerso senatu ꝑstaret in incoep
to inmitis animus· tū pater· m̄· fabius quandoquidē inquit apud te nec auc pater fabii
toritas senatus nec ætas mea cui orbitatē paras· nec uirtus nobilitasq· magistri
equitū a te ipso nominati ualet· nec p̄ces quæ sæpe hostē mitigauere· quæ deorū
iras placant· tr̄ pt appello· et ꝓuoco ad populū· eūq· tibi fugienti exercitus tui fu
gienti senatus iudiciū· iudicē fero· qui certe unus plusquā tua dictatura potest
pollet q· Uidero cessurus ne ꝓuocationi sis· cui rex romanus tullius hostilius cessit· Ex curia
igitur in contionē quo cū paucis dictator· cū om̄i agmine principū magister equi
tū ascendisset· deduci eū de rostris papyrius in partē inferiorē iussit· Secutus pater·
bene agis inquit· cū eo nos deduci iussisti· unde et priuati uocē mittere possemus·

ibi primo non tã ꝓpetuæ oratione est quã altercatio exaudiebantur. Vicit deinde strepitũ uox
Oratio fabij senis et indignatio fabii senis increpantis superbiã crudelitatẽ q. papirii se q. dictatorẽ romæ
fuisse. nec a se quemquã nec plebis quidẽ hominẽ non centurionẽ non militẽ uiolatũ.
papirium tamquã ex hostium ducibus sic ex romano imperatore uictoriã et triũphũ pete
re. quamũ interesset inter moderationẽ antiquorũ et nouã superbiã crudelitatẽ q.
dictatorẽ quintiũ cincinnatũ in. L. minutiũ consulẽ ex obsidione á se ereptum non
ultra sæuisse. quã ut legatũ eũ ad exercitũ ꝓ consule relinqueret. m. furiũ camil
lũ in. L. furio qui contempta sua senectute et auctoritate. foedissimo cũ euentu pug
nasset. non solũ in ꝑsentia moderatũ iræ ẽe. nequid de collega secus populo aut
senatui scriberet. sed cũ reuertisset potissimũ ex tribunis consularibus habuisset. quẽ
ex collegis optione ab senatu data. sociũ sibi imperii delegerit. Nam populi qui
dẽ penes quẽ potestas omniũ rerũ eet. ne irã quidẽ umquã atrociorẽ fuisse. in eos
qui temeritate atq. inscitia exercitus amisissent. quã ut pecunia eos multaret.
Capite conquisitũ obrẽ bello male gestã de imperatore nullũ ad eã diẽ ẽe. nuncdu
cibus. ꝑ. r. quæ ne uictis quidẽ fas fuerit. uirgas et securẽs uictoribus et iustissimos
meritis triũphos intentari. Quid enim tandẽ passurũ fuisse filiũ suũ si exercitum
amisisset. si fusus. fugatus. castris exutus fuisset. quo ultro irã uiolentiã q. eius ex
cessurã fuisse. quã ut uerberaret necaret q. quã conuenienter ẽe ꝑpẽ. q. fabiũ ciuitatẽ
in lætitia. uictoria. supplicationibus. acgratulationibus ẽe. eũ ꝓpter quẽ deũ de
lubra patearent. atæ sacrificiis fumerent. honore. donis cumulentur. nudatũ uirgis
laceran in conspectu. ꝑ. r. intuentẽ capitoliũ atq. arẽ deos q. ab se duobus plus
haud frustra aduocatos. quo id animo exercitũ qui eius ductu auspicius q. uicisset
laturũ. quẽ luctũ in castris romanis quã lætitiã inter hostes fore? Hæc simul iurgans.
querens. deũ hominũ q. fidẽ obtestans. et complexus filiũ. plurimis cũ lacrimis age
bat. Stabat cũ eo senatus maiestas. fauor populi. tribuniciũ auxiliũ. memoria ab
sentis exercitus. Ex parte altera imperiũ inuictũ. ꝑ. r. et disciplina rei militaris. et
dictatoris edictũ ꝓ numine semp obseruatũ. et malliana imperia. et post habita fi
lii caritas publicæ utilitati iacrabantur. Hoc etiã. L. brutũ conditorẽ romanæ liber
tatis antea in duobus liberis fecisse. nunc patres comes. et senes facilis de alieno im
perio spreto. tamquã rei paruæ disciplinæ militari euersæ. iuuentuti gratiã facere.
se tam ꝓstaturũ in incoepto. nec ei quiaduersus dictũ suũ turbatis religionibus. acdu
bius auspicius pugnasset. quicquã ex iusta poena remissurũ. Maiestas imperii ꝓpe
tua ne eet. non ẽe in sua potestate. L. papirium nihil eius iure diminuturũ. optare. ne po
testas tribunicia inuiolata ipsa uiolet intercessione sua romanũ imperiũ. neu popu
lus in se potissimũ dictatorẽ et ius dictaturæ extinguat. Quod si fecisset. non. L. pa

flora duritiã legis romanoꝝ 34

piriū sed tribunos· sed prauū populiui diciū nequiquā posteros accusaturos· cū polluta semel mili
tari disciplina· non miles centurionis· non centurio tribuni· non tribunus legati· non legatus
consulis· non magister equitū dictatoris pareat imperio· Hemo hominū· nemo deorū uere
cundiā habeat· non edicta imperatorū· non auspicia obseruentur· sine cōmeatu uagi mili
tes impacato in hostico errarent· immemores sacramenti· licentia sola ubi uelint exauctores·
in frequentia deserantur signa· neq· conueniatur ad edictū· nec discernatur interdiu noc
te ne q̄ quo iniquo loco· in iussu imperatoris pugnent· et non signa· non ordines· seruent· la
trocinii modo cæca et fortuita· p̄ sollempni et sacrā militia sit· Horū criminū uos reos in oīa
sęcla offerte tribuni pt uīa obnoxia capita· plicentia q· fabii obiecit· Stupentes tribunos et
sua iā uice magis anxios quā eius cui auxiliū ab se petebatur· liberauit onere· consensus· p· r·
ad p̄ces et obtestationē uersus· ut sibi poenā magistri equitū dictator remitteret· tribuni
q̄q· inclinatā rē in p̄ces subsecuti· orare dictatorē insistunt· ut uenią erroni humano· ue
niā adolescentiæ· q̄· fabii daret· satis eū poenarū dedisse· Iam ipse adolescens· iā pater· m̄·
fabius contentionis obliti· p cūbere ad genua et irā dep̄cari dictatoris· Tū dictator silentio
facto· bene habet inquit· quirites· uicit disciplina militaris· uicit imperii maiestas· quæ
in discrimine fuerunt· an ulla post hanc diē essent· non noxiæ eximitur· q̄· fabius· qui con
tra edictū imperatoris pugnauit· sed noxæ dampnatus· donatur· p· r· donatur tribuni
ciæ potestati· p cariū non iustū auxiliū ferenti· Uiue· q̄· fabi· felicior hoc consensu auctoris
ad tuendū te· quā paulo ante exultabas uictoria· Uiue· id facinus ausus· cuius tribine
pares quidē si eodē loco fuisset quo fuit· L· papirius· uenią dedisset· Mecū ut uoles re
uertens in grām· p· r· cui utiā debes· nihil maius p̄stiteris· quā si hic tibi dies satis documenti
dederit· ut bello ac pace patri legitima imperia possis· Cūse nihil morari magistrū equitū
p̄nunciasset· digressū eū templo· lætus senatus· lætior populus circūfusi ac gratulantes hinc
magistro equitū hinc dictatori p̄secuti sunt· firmatū q· imperiū militare haud minus peri
culo· q̄· fabii· quā supplicio miserabili adolescentis malluisse uidebatur· Forte ita eo anno eue
nit· ut quotiens cū q· dictator ab exercitu recessit· hostes insanio mouerentur· Cæterū in
oculis exemplū erat· q̄· fabius· m̄· ualerio legato· qui castris p̄erat· nequā uim hostiū magis
quā truce dictatoris irā timeret· Itaq· frumentatores cū circūuenti ex insidiis cæsi locoini
quo eēnt· creditū uulgo ē subuenisse eis a legato potuisse· ni tristia edicta exhorruisset· Ita
q̄q· ira alienauit á dictatore militū animos· iā ante infensos· q̄d implacabilis· q̄· fabio eēt·
et q̄d suis p̄cib; negasset· ei p· r· uenią dedisset· Postquā dictator p̄posito in urbe· L· papirio
crasso· q̄· fabio uettio quicquā p magistratu agere· in castra rediit· neq· cuiq; satis lætus ad
uentus ciuis fuit· nec hostibus quicquā attulit terroris· Nam q· postero die seu ignaruc
nisse dictatorē· seu adeēt an abēet parui facientes· instructa acie ad castra accesserunt·
Cæterū tantū momenti in uno uiro· L· papirio fuit· ut si ducis consilia fauor subsecutus mi

ipse circumiens saucios milites inserens intentoria caput · singulos ut sese haberent rogitans · curam eorum no
litum foret · de bellari eo die cum samnitibus potuisse · pro haud dubio habitum sit · Ita instruxit ac mina
ē loco ac subsidiis · ita omni arte bellica firmauit · Cessatum a milite · ac de industria · ut obtrec tis lega
taretur laudibus ducis · impedita uictoria est · Plures samnitium cecidere · plures romani uul
nerati sunt · Sensit peritus dux · quae res uictoriae obstaret · temperandum ingenium suum esse · et
seueritatem miscendam comitati · Itaque adhibitis legatis tribunisque et prefectis demandat · Rem
per se popularem ita dexter egit · ut medendis corporibus animi multo prius militum impe
ratori reconciliarentur · nec quicquam ad salubritatem efficatius fuerit · quam quod grato
animo ea cura accepta est · Refecto exercitu cum hoste congressus · haud dubia spe sua mi
litumque ita fudit fugauitque samnites · ut ille ultimus eis dies conferendi signa cum dictatore
fuerit · incessit deinde qua duxit predae spes uictor exercitus · perlustrauitque hostium agros ·
Nulla arma · nullam uim nec apertam nec insidiis expertus · addebat alacritatem · quod dictator pre
dam omnem edixerat militibus · nec ira magis publica · quam priuatum compendium in hostem
acuebat · His cladibus samnites subacti pacem a dictatore petiere · cum quo pacti · ut singu
la uestimenta militibus · et annuum stipendium darent · Cum ire ad senatum iussi essent · secu
turos se dictatorem responderunt unius eius fidei uirtutique commendantes causam suam · Ita
deductus ex samnitibus exercitus · dictator triumphans urbem est ingressus · et cum se
dictatura abdicare uellet · iussu patrum priusquam abdicaret consules creauit · Gaium sulpicium
longum iterum · Quintum aemilium cerretanum · Samnites infecta pace quia de conditionibus ageba
tur · inducias annuas ab urbe retulerunt · Nec earum ipsarum sancta fides fuit · adeo postquam
papyrium abisse magistratu nunciatum est · arrecti ad bellandum animi sunt · Cum sulpicio
Quintum aemilio aulum quidam annales habent consulibus · ad defectionem samnitium apulum nouum
bellum accessit · Utroque exercitus missi · sulpicio samnites · apuli aemilio sorte euenerunt ·
Sunt qui non ipsis apulis bellum illatum · sed socios eius gentis populos ab samnitium uiatque
iniuriis defensos scribant · Caeterum fortuna samnitium uix a se ipsis eo tempore propul
santium bellum · propius ut sit uero facit · non apulis ab samnitibus arma illata · sed cum utraque
simul gente bellum romanis fuisse · nec tamen res ulla memorabilis acta · ager apulus
samnitiumque euastatus · hostes nec hic nec illic inuenti · Romae nocturnus terror · ita
ex somno trepidam repente ciuitatem exciuit · ut capitolium atque arx moeniaque et por
tae plenae armatorum fuerint · et cum concursatum clamatumque ad arma omnibus locis esset ·
prima luce nec auctor nec causa terroris comparuit · Eodem anno de tusculanis fa
bia rogatione populi fuit iudicium · Marcus fabius tribunus pleb tulit ad populum · ut in tus
culanos animaduerteretur · quorum eorum ope ac consilio ueliterni priuernatesque
per reges bellum fecissent · Populus tusculanus cum coniugibus ac liberis romam uenit ·
ea multitudo ueste mutata · et specie reorum tribus circuit · genibus se omnium ad
uoluens · Plus itaque miscenda ad poenae ueniam impetrandam · quam causa ad crimen purgan

plures romani uulnerati

ultimus dies

nocturnus terror

dū ualuit. Tribus om̄s p̄ter polliā antiquarum legē. Polliæ sententia fuit. puberes uer
beratos necari. coniuges liberosq; sub corona lege belli uenire. memoriāq; eius iræ tus
culanis in poena tam atroces auctores mansisse ad patrū ætatē constat. nec quēquā fer
me ex pollia tribu candidatū fore datū ferre populū solitū. Insequenti anno. q̄. fabio. 38
L. fuluio consulib; ā. cornelius aruina dictator. et. m̄. fabius ambustus magister equi
tū. metu grauioris in samnio belli. conducta enim p̄tio á finitimis iuuentus dicebatur.
intentiore dilectu habito. ægregiū exercitū aduersus samnites duxerunt. Castra in hos
tico incuriose ita posita. tam quā p̄cul abeēt hostis. Cū subito aduenere samnitiū le
giones tanta ferocia. ut uallū usq; ad stationē romanā inferrent. nox iā ut appetebat
id p̄hibuit munimenta adoriri. nec dissimulabant orta luce postero die facturos. Dic
tator ubi p̄piorē spe dimicationē uidit. ne militū uirtuti dampno locus eēt. ignib;
crebris relictis. qui conspectū hostiū frustrarentur. silentio legiones educit. nec ta
men fallere p̄pt̄ p̄pinquitatē potuit castrorū. Eques extemplo insecutus ita instituit
agmini. ut donec lucesceret p̄lio abstineret. nec pedestres quidē copiæ ante lucē cas
tris egressæ. eques luce demū ausus incursare in hostē. carpendo nouissimos. p̄men
doq; iniquis ad transitū locis agm̄ detinuit. interī pedes equitē assecutus. et totis
iam copiis annisus urgebat. Tū dictator postquā sine magno incōmodo p̄gre
di non poterat. eū ipsū in quo constiterat locū castris dimetari iussit. Id uero cir
cūfuso undiq; equitatu. ut uallū peteretur opusq; inciperet. fieri non poterat.
Ita q; ubi neq; eundi neq; manendi copiā eē uidet. instruit aciē. impedimentis ex
agmine remotis. Instruunt contra et hostes et animis et uiribus pares. auxerat
id maxime animos. qd̄ ignari loco iniquo non hosti cessū. uelut fugientes ac ter
ritos terribiles ipsi secuti fuerant. id aliquā diu æquauit pugnā. iā pridē desueto
samnite clamorē romani exercitus pati. et hercule illo die ab hora tercia diei ad hercule
octauā ita anceps dicitur certam̄ stetisse. ut neq; clamor ut primo semel concursū
est. sublatus iteratus sit. neq; signa p̄mota loco. retroue recoepta. neq; recursū ab ul
la sit parte. In suo quisq; gradu obnixis urgentes scutis. sine respiratione ac re
spectu pugnabant. fremitus æqualis tenorq; idē pugnæ. in defetigationē ultimā
aut noctē spectabat. iā uiris uires. iā ferro sua uis. iā consilia ducibus deerant.
cū subito samnitiū equites cū turma una longius p̄uecta accepissent impedimen
ta romanorū p̄cul ab armatis. sine p̄sidio. sine munimento stare. auiditate p̄dæ
impetū faciunt. Qd̄ ubi dictatori trepidus nuncius attulit. sine m̄do inquit se se
p̄da p̄pediant. alii deinde sup̄ alios diripi passim. ferri q; fortunas militū uocifera
bantur. Tū magistro equitū accito. uides tu inquit. m̄. fabi ab hostiū equite omis
sam pugnā. herent impediti impedimentis nr̄is. aggredere. qd̄ int̄ p̄dandū

multitudini euenit dissipatos· raros equis insidentes· raros· quibus ferrũ in manu sit· inuenies· equosq
dũ p̃da onerant cęde inermes· cruentã q· illis p̃dã redde· mihi legiones· peditũ q· pugna erunt curæ·
penes te equestre sit decus· Equitũ acies qualis quæ ẽẽ instructissima potest· inuecta in dissipatos
impeditosq· hostes· cęde om̃a replet· int̃ sarcinas omissas repente obiacentes pedibus fugientiũ·
consternatorũ q· equorũ· neq· pugnæ neq· fugæ satis potentes cęduntur· Tũ deleto prope equita
tu hostiũ· m̃· fabius circũductus paulũ ab tergo hostiũ pedestrẽ aciẽ adoritur· Clamor inde no
uus accedens· et samnitiũ terruit animos· et dictator ubi respectantes hostiũ antesignanos
turbata q· signa et fluctuantẽ aciẽ uidit· tũ appellare· tũ adhortari milites· tribunos prin
cipesq· ordinũ nominatim ad iterandã secũ pugnã uocare· nouato clamore signa inferuntur·
et quicquid ꝓgrediebantur magis magisq· turbatos hostes cernebant· Eques ipse iam primis
erat in conspectu· et cornelius respiciens ad manipulos militũ· qđ manu· qđ uoce poterat·
monstrabat uexilla se suorũ parmasq· cernere equitũ· Quod ubi auditũ simul uisũ q· est· ad
eo repente laboris ꝑ diẽ pene totũ tolerati uulnerũq· obliti sunt· ut haud secus quã si tũ inte
gri e castris signũ pugnæ accepissent· concitauerint se in hostẽ· nec ultra samnis tolerare
terrorẽ equitũ peditũq· uim potuit· partĩ in medio cæsi· partĩ in fugã dissipati sunt· pe
destris restantes ac circũuentos cecidit· ab equite fugientiũ strages ẽ facta· Inter quos et
ipse imperator cecidit· Hoc demũ p̃liũ samnitiũ res ita infregit· ut om̃ib; conciliis freme
rent minime id quidẽ mirũ ẽẽ· si impio bello et contra foedus suscepto· infestioribus meri
to deis· quã hominibus nihil ꝓspere agerent· expiandũ id bellũ magna mercede luendũq·
ẽẽ· id referre tantũ· utrũ supplicia noxio paucorũ an omniũ innoxio p̃beant sanguine·
audebant q· iam quidã nominare auctores armorũ· unũ maxime nomen ꝑ consensũ cla
mantiũ bruculi papii exaudiebatur· uir nobilis potensq· erat· haud dubie ꝓximarũ in
duciarũ ruptor· De eo coacti referre p̃tores· decretũ fecerunt· ut brutulus papius romanis de
deretur· et cũ eo p̃da om̃is romana captiuiq· ut romã mitterentur· quæq· res ꝑ feciales
ex foedere repetitæ essent· scd̃m ius fasq· restituerentur· feciales romã ut censuere mis
si· ex corpus brutuli exanime· ipse morte uoluntaria ignominiæ se ac suplicio subtrax
it· placuit cũ corpore bona q̃q· eius dedi· nihil tamen earũ rerũ p̃ter captiuos ac si qua
cognita ex p̃da sunt acceptũ est· cęterarũ rerũ irrita fuit deditio· dictator ex· s̃· c̃· triũpha
uit· Hoc bellũ á consulibus bellatũ quidã auctores sunt· eosq· de samnitibus triũphasse·
fabiũ etiã in apuliã ꝓcessisse· atq· inde magnas p̃das egisse· Nec discrepat· quin dictator
eo anno· ã· cornelius fuerit· id ambigitur· belli ne gerendi causa creatus sit· an ut ẽẽt qui
ludis romanis quia· L· plaucius p̃tor graui morbo forte implicitus erat· signũ mittendis
quadrigis daret· functusq· eo haud sane memorandi imperii ministerio· se dictatura ab
dicaret· nec facile est aut rẽ rei aut auctorẽ auctori p̃ferre· uiciatã memoriã funebri
bus laudibus reor· falsisq· imaginũ titulis dũ familia ad se quæq· famã rerũ gestarum

Imperator samnitiũ cecidit

bruculi papii

honorũ q. fallente mendacio trahunt. inde certe et singulorũ gesta et publica monumenta
rerum confusa. nec quisquã ęqualis tẽporib; illis scriptor exstat. quo satis certo auctore stetur.

TITI LIVII AB VRBE CONDITA LIB̃ VIII EXPLIC̃. INCIP̃ LIBER VIIII.

Sequitur hunc annũ nobilis clade romana caudina pax. Tito ueturio caluino. spurio
postumio consulibus. samnites eo anno imperatorẽ. g̃. pontiũ herennii filiũ habuerunt.
patre longe prudentissimo natũ primũ ipsũ bellatorẽ ducẽ q. Is ubi legati qui ad dedendas
res missi erant. pace infecta redierunt. nihil ne actũ inquit hac legatione censeatis. expi
atũ est. quicquid ex foedere rupto irarũ in nos cęlestiũ fuit. Satis scio. quibuscũq. dis cor
di fuit. subiginos ad necessitatẽ dedendi res. quæ ab nob̃ ex foedere repetitæ fuerant.
his non cordi fuisse. tam sup̃be ab romanis foederis expiationẽ spretã. Quid enĩ ultra fi
eri ad placandos deos mitigandos q. homines potuit quã qd̃ nos fecimus. res hostiũ in p̃da
captas quæ belli iure nr̃æ uidebantur. remisimus. auctores belli quia uiuos non potuim̃.
p̃functos iam fato dedimus. Bona eorũ nequid ex contagione noxæ remaneret penes nos.
romã portauimus. Quid ultra tibi romane quid foederi. quid dis arbitris foederis debeo.
Quẽ tibi tuarũ irarũ. quẽ meorũ suppliciorũ iudicẽ feram. Neminẽ neq. populũ neq. pri
uatũ fugio. Quod si nihil cũ potentiore iuris humani relinquitur inopi. at ego ad deos uin
dices intolerandæ sup̃biæ. confugiam. et p̃cabor. ut iras suas uertant in eos quibus
non suæ redditæ res. non alienæ adcumulatæ satis sint. quorũ sęuiciã non mors noxio
rũ. non deditio exanimatorũ corporũ. non bona sequentia domini deditionẽ exsacient.
placari nequeant. nisi hauriendũ sanguinẽ. lanianda q. uiscera nr̃a p̃buerimus. Iustũ
est bellũ samnites quibus necessariũ. et pia arma. quibus nulla nisi in armis relinqui
tur spes. Proinde cũ rerũ humanarũ maximũ momentũ sit. quã p̃picius rẽ quã aduer
sis agant diis. p̃ certo habete. priora bella aduersus deos magis quã homines gessisse. hoc
quod instat ducibus ipsis diis gesturos. Hæc non læta magis quã uera uaticinatus. ex
ercitu educto. circa caudiũ castra quã potest ocultissime ducit. Inde ad calatiã ubiã
consules romanos castra q. ẽẽ audiebat. milites x. pastorũ habitu mittit. pecora q.
diuersos. aliũ alibi haud p̃cul romanis pascere iubet p̃sidiis. ubi inciderint in p̃datores
ut idẽ om̃ibus sermo constet. legiones samnitiũ in apulia ẽẽ. luceriã omnibus copiis
circũsidere. nec p̃cul abẽẽ. quin ui capiant. Iam et is rumor ante de industria uol
gatus uenerat ad romanos. sed fidẽ auxere captiui. eo maxime. quod sermo int̃ eos
congruebat. Haud dubiũ erat. quin lucerinis opẽ romanus ferret. bonis ac fidelibus
sociis. simul ne apulia om̃is ad p̃sentẽ terrorẽ deficeret. ea modo qui irent consul
tatio fuit. Duæ ad luceriã ferebant uiæ. altera p̃ter orã superi maris patens ap̃
ta q. sed quanto tutior. tanto fere longior. altera p̃ furculas caudinas breuior.
sed ita natus locus est. Saltus duo alti angusti siluosi q. sunt montibus circa

oro imperatoris

Iustũ bellũ

fidẽ auxere

ꝑpetuis inter se iuncti. Iacet inter eos satis patens clausus in medio campus herbidus.
aquosusq; ꝑ quē mediū iter est. sed ante quā uenias ad eū intrandæ primæ angustiæ
sunt. et aut eadē qua te insinuaueris retro uia repetenda. aut si ire porro ꝑgas. ꝑ aliū
saltū artiorē impeditiorē q; euadendū. In eū campū uia alia ꝑ cauā rupē romani remis
so agmine. quō ad alias angustias ꝓtinus ꝑgerent. septas deiectu arborū. saxorū q;
ingentiū obiacentē molē inuenere. Cū fraus hostilis apparuisset. ꝑsidiū etiā in sū
mo saltu conspicitur. citati inde retro qua uenerant ꝑgunt repetere uiā. eā q̄q;
Sistunt gradū clausā sua obice armisq; inueniunt. Sistunt inde gradū. sine ullius imperio. stu
por q; omniū animos ac uelut torpor quidā insolitus membra tenet. intuentesq;
alii alios. cū alterū quisq; compotē magis mentis ac consilii ducerent. diu immobiles
silent. Deinde ubi ꝑtoria consulis erigi uidere. et expedire quosdā utilia operi. quā
quam ludibrio fore munientes ꝑditis rebus ac spe omī adempta cernebant. tam̄ ne
culpā malis adderent. ꝑ se quisq; nec hortante ullo. nec imperante. ad muniendū
uersi. castra ꝓpter aquā uallo circūdant. sua ipsi opera laborē q; irritū. ꝑter quam
qd̄ hostes suꝑbe increbꝑabant. cū miserabili consensione eludentes. ad consules
mestos ne aduocantes quidē in consiliū. quando nec in consilio nec auxilio lo
cus eēt. sua sponte legati ac tribuni conueniunt. milites q; ad ꝑtoriū uersi. opē
B quā uix dii immortales ferre poterant. ab ducibus exposcunt. querentes magis
quā consultantes nox oppressit. cū ꝓ ingenio quisq; fremerent. alius. ꝑ obices uia
rū. alius. ꝑ aduersa montiū. ꝑ siluas. qua ferri arma poterunt. eamus. modo ad hos
.xxx. tē ꝑuenire liceat. quē ꝑ annos iam ꝓpe xxx uicimus. omīa æqua et plana erunt
romano in ꝑfidū samnitē pugnanti. alius. quo aut qua eamus. nū montes moliri
sede sua paramus. dū hæc imminebunt iuga. qua tu ad hostē uenies. armati. in
ermes. fortes. ignaui. parit̄ om̄s capti atq; uicti sumus. Ne ferrū quidē ad bene mo
sedens bellū ꝯficiet riendū oblaturus est hostis. sedens bellū conficiet. His inuicē sermonibus. qua cibi. qua
quietis immemor traducta est. ne samnitibus quidē consiliū in tam lætis suppetebat re
bus. Itaq; uniuersi herenniū poncii patrē imperatoris ꝑ litteras consulendū censent. iam
is grauis annis. non militaribus solū. sed ciuilibus q̄q; abcesserat muneribus. in corpore
tamen affecto uigebat uis animis consiliis q; Is ubi accepit ad furculas caudinas inter
duos saltus clausos eē romanos exercitus. consultus ab nuncio filii. censuit om̄s inde
quā primū: in uiolatos dimittendos. Quæ ubi spreta sentencia ē. iterū q; eodē remeante nuncio
consulebatur. censuit ad unū om̄s interficiendos. Quæ ubi tā discordia inter se
uelut ex ancipiti oraculo responsa data sunt. quā quā filius ipse. in primis iā animū q̄q;
patris consenuisse in affecto corpore rebatur. tam̄ consensu omniū uictus est. ut ip
sū in consiliū acciperet. nec grauatus senex plaustro in castra dicitur aduectus. uo

catus q· in consiliū· ita ferme locutus est· ut nihil sententiæ mutaret· causas tantū adi
cere priori consilio· qđ optimū duceret cū potentissimo populo ꝑ ingens beneficium
ꝑpetuā firmare pacē amicitiā q· altero consilio in multas ætates quibus amissis du
obus exercitibus haud facile receptura uires romana res· bellū differre· Tertiū nul
lū consiliū ēē· Cū filius aliq· principes ꝑcunctando exquirerent· qđ si media uia
consilii caperetur· ut et dimitterentur incolumes· et leges his iure belli uictis im
ponerentur· ista quidē sententia inquit ē· quæ neq· amicos parat· nec inimicos
tollit· Seruate modo quos ignominia irritauerit· ea est romana gens· quæ uicta
quiescere nesciat· uiuat semp in pectoribus illorū· quicquid istuc ꝑsens necessitas in
tulerit· neq· eos ante multiplices poenas expetitas á uob quiescere sinet· Neutra sen
tentia accepta herennius domū é castris ē auectus· et in castris romanis cū frustra mul
ti conatus ad erūpendū capti essent· etiā omniū rerū inopia ēēt· uicti necessitate
legatos mittunt· qui primū æquā pacē peterent· si pacē non impetrarent· ut quo
carent ad pugnā· Tū pontius debellatū ēē respondit· et qūo ne uicti quidē ac
capti fortunā ferendi scirent· inermes cū singulis uestimentis sub iugū missurum·
alias conditiones pacis æquas uictis á uictoribus fore· si agro samnitiū decederet
ur· coloniæ abducerentur· suis in de legib; romanū ac samnitē æquo fœdere
uterurū· his conditionib; paratū se ēē fœdus cū consulibus ferire· si quid eorum
displiceat· legatos ad se redire uetuit· Hæc cū legatio renunciaretur· tantus gemi
tus omniū subito exortus ē· tanta q· mestitia incessit· ut non grauius acceptum uide
retur· si nunciaretur oībus eo loco mortē appetendā ēē· Cū diu silentiū fuisset·
nec consules aut ꝑfœdere tam turpi· aut contra fœdus tam necessariū hiscere pos
sent· tū· L· Lentulus· qui tū princeps legatorū uirtute ac honoribus erat· patrē meū
inquit consules sæpe audiui memorantē se in capitolio unū non fuisse auctorē sera
tis redimendæ auro á gallis ciuitatis· quando nec fossa ullo q· ab ignauissimo ad
opera ac muniendū hoste clausi essent· et erūpere sinon sine magno periculo· tamen
sine certa pnicie possent· Quod si illis ut decurrere ex capitolio armatis in hostē liceu
it· quo sæpe modo obsessi in obsidentes eruperunt· ita nob æquo aut iniquo loco
dimicandi tantū ꝫdo cū hoste copia ēēt· non mihi paterni animi: in dolesin consilio dando
deēet· Ē quidē mortē ꝑ patria ꝑclarā ēē fateor· et me uel deuouere p· p· r· legioni
busq· uel in medios mé immittere hostes paratus sum· Sed hic patriā uideo· hicque
quid romanarū legionū est· quæ nisi ꝑ se ipsis ad mortē ruere uolunt· quid
habent qđ morte sua seruent· tecta urbis dicat aliquis et moenia· et eā turbam
á qua urbs incolitur· immo hercule ꝑduntur ea oīa· deleto hoc exercitu non ser
uantur· quis enī ea tuebitur· imbellis uidelicet atq· inermis multitudo· ita hercule

Consilium senatus imperatoris herennij

Samnitiū romanaq;

Lentulus

quã á gallorũ impetu defendit. An á uersi exercitũ camillũ q. ducẽ implorabunt. Hic omis spesq. sunt. quas seruando patriã seruamus. dedendo ad necẽ patriã deserimus ac pdimus. At foeda atq. ignominiosa dedicio est. Sed ira caritas patriæ est. ut tam ignominia eã quã morte nra si opus sit seruemus. Subeatur ergo ista quamtacũq. est indignitas. et pareatur necessitati. quã ne dii quidem superant. Tres consules redimite armis ciuitatẽ. quã auro maiores ũri redemerunt. Consules pfecti ad ponciũ in colloquiũ. cũ de foedere uictor agitaret. negarunt iniussu populi foedus fieri posse. nec sine fecialibus cerimonia q. alia sollempni. Itaq. non ut uulgo creditur. claudius q. etiã scribit. foedere pax caudina sed ꝑ sponsionẽ facta est. Quidem aut sponsoribus in foedere opus eẽt. aut obsidibus. ubi ꝑcatione res transigitur. ꝑ quẽ populũ fiat quominus legibus dictus stetur. ut eũ ita iuppiter feriat. quẽ admodũ á fecialibus porcus feriatur. Spoponderunt consules. pfecti. legati. questores. ẽt mit. nomina q. omniũ qui spoponderunt ẽstant. ubi si ex foedere acta res eẽt. ꝑter quã duorũ fecialiũ non exstarent. et ꝑter necessariã foederis dilationẽ obsides etiã do. equites imperati. qui capite luerent. si pacto non staretur. Tempus inde statutũ. tradendis obsidibus exercitu q. inermi mittendo. Redintegrauit luctũ in castris consulũ aduentus. ut uix ab his abstinerent manus. quorũ temeritate in eũ locũ deduci essent. quorũ ignauia fœdius inde quã ueniissent abituri. illis non ducẽ locorũ. non exploratorẽ fuisse. beluarũ modo cæcos in fouẽ missos. lapsos. Nu alios intueri. contemplari arma mox tradenda. et inermes futuras dextras. obnoxia q. corpora hosti ꝑponere. sibi metipsi ante oculos iugũ hostile et ludibria uictoris. et uultus supbos. et ꝑ armatos inermiũ ter. Inde fœdi agminis miserabilẽ uiã ꝑ sociorũ urbes reditũ in patriã ad parentes. quo sæpe ipsi maiores q. eorũ triũphantes ueniissent. se solos sine uulnere. sine ferro. sine acie uictos. sibi non stringere licuisse gladios. non manũ cũ hoste conferre. sibi nequiquã animos datos. Hæc frementibus. hora fatalis ignominiæ aduentẽ. oĩa tristiora experiundo factura. quã quæ ꝑceperant animis. Iam primũ cũ singulis uestimentis inermes extra uallũ exire iussi. et primi traditi obsides. atq. in custodiã abducti. Tum á consulibus abire lictores iussi. paludamenta q. detracta. tantã inter ipsos qui paulo ante eos exsecrantes. dedendos lacerandosq. censuerant. miserationẽ fecit. ut suæ quisq. conditionis oblitus. ab illa deformatione tantæ maiestatis. uelut ab nefando spectaculo auerteret oculos. Primi consules ꝓpe seminudi sub iugũ missi. Tũ ut quisq. gradu ꝓximus erat. tanta ignominiæ obiectus. Tũ deinceps singulæ legiones. Circũstabant armati hostes. exprobrantes. eludentes q. gladii etiã plerisq. intentati. et uulnerati quidẽ necati q. si uultus eorũ indignitate rerũ acrior uictorẽ offendisset. Introduci sub iugũ. et qd pene grauius erat. ꝑ hostiũ oculos cũ é saltu euasissent. ersi uelut ab inferis exercti. tũ primũ lucẽ aspicere uisi sunt. tamẽ ipsa lux tã deforme intuentib; agmẽ. oĩ morte tristior fuit. Itaq. cũ ante noctẽ capuã ꝓuenire possent. incerti de fide sociorũ. et qd pudor ꝓpedie

.dc. eqtes. i. seruos

tradan obsides

Vide in gd romanã facium.

bat. circa uiã haud ꝓcul capua omniũ egena corpora humi ꝓstrauerunt. Quod ubi est capuã audi nunciatũ
tũ. euicit miseratio iusta sociorũ. suꝑbiã ingenitã campanis. Confestim insignia sua consulibus
fasces. lictores. arma. equos. uestimenta. commeatus militibus benigne mittunt. et uenientib;
capuã cunctus senatus populusq. obuiã egressus. iustis om̃ibus hospitalib; priuatisq. et publi
cis fungitur officiis. Neq. illis sociorũ comitas. uultusq. benigni. et alloquia non m̃do sermo
nẽ elicere. sed ne ut oculos quidẽ attollerent. aut consolantes amicos contra intuerentur. ef
ficere poterant. adeo suꝑ merorẽ pudor quidã fugere colloquia. et coetus hominũ cogebat. Pos
tero die cũ iuuenes nobiles missi á capua ut ꝓficiscentes ad finẽ campanũ ꝓsequerentur re
uertissent. uocati q. in curiã ꝑcunctantibus maioribus natu. multo sibi mestiores et abiectio
res animi uisos referrent. adeo silens ac ꝓpe mutũ agm̃ incessisse. tacere indolẽ illã romanã.
ablatosq. cũ armis animos. non reddere salutẽ. non salutantibus dare responsũ. non hiscere
quẽquã: ꝑ metu potuisse. tãquã ferentibus adhuc ceruicibus iugũ. sub qđ emissi essent. habere samni
tes uictoriã non ꝑclarã solũ sed etiã ꝑpetuã. coepisse enĩ eos non romã. sed qđ multo bellicosi
us fuerit. romanã uirtutẽ ferociã q. Cũ hæc dicerentur audirentur q. et deploratũ pene
romanũ nom̃ in concilio sociorũ fideliũ eẽt. dicitur ofillius acalauius ouij filius clarus
genere factis q. tũ etiã ætate uerendus. longe aliter se habere rẽ dixisse. Silentiũ illud
obstinatũ. fixos q. in terrã oculos. et surdas ad om̃a solatia aures. et pudorẽ intuendæ lucis.
ingentẽ molẽ irarũ ex alto animi cientis indicia eẽ. aut romana se ignorare ingenia. aut
silentiũ illud samnitibus flebiles breui clamores. gemitusq. excitaturũ. caudinæ q. pacis
aliquantõ samnitibus quã romanis tristiorẽ memoriã fore. quippe suos quẽq. eorũ animos
habiturũ. ubicũq. congressuri sint. saltus caudinos non ubiq. samnitibus fore. Iã romæ et sua infa
mis cladeserat. Obsessos primũ audierunt. Tristior deinde ignominiosæ pacis magis quã pe
riculi nuncius fuit. Ad famã obsidionis dilectus haberi coeptus erat. Dimissus deinde auxiliorũ
apparatus. postquã deditionẽ tã fede factã acceperunt. extẽplo q. sine ulla publica auctori
tate consensu in omnẽ formã luctus ẽ. tabernæ circa forũ clausæ. iusticiũ q. in foro sua
sponte coeptũ priusquã indictũ. lati claui. anuli aurei positi. pæne mestiori exercitu ipso
ciuitas eẽ. nec ducibus solũ atq. auctoribus sponsoribusq. pacis irasci. sed innoxios etiã milites
odisse. et negare urbe tectis ue accipiendos. Quã concitationẽ animorũ fregit aduentus ex
ercitus. etiã iratis miserabilis. non enĩ tamquã in patriã reuertentes. ex insperato incolumes. sed
captorũ habitu uultu q. ingressi sero in urbẽ. ita se in suis quisq. tectis abdiderunt. ut poste
ro atq. insequentibus diebus nemo eorũ forũ aut publicũ aspicere uellet. Consules in priua
to abditi. nihil ꝓ magistratu agere. nisi qđ expressũ s. c. est. ut dictatorẽ dicerent comiti
orũ causa. Q. fabiũ ambustũ dixerunt. et. p̃. æmiliũ petũ magistrũ equitũ. Quibus
uicio creatis. suffectus. m̃. æmilius papus dictator. L. ualerius flaccus magister equitum.
Nec ꝑ eos comitia habita. et quia tedebat populũ omniũ magistratuũ eius anni. res adin

pudor cogebat fugere colloquia

romanã ferociã

saltus caudinos

terregnũ redit. Interreges q. fabius maximus. m. ualerius coruinus. Is consules creauit. q. pub
liliũ philonẽ. et. L. papyriũ cursorẽ iterũ. haud dubio consensu ciuitatis. qđ nulli ea tẽpes
tate duces clariores essent. quo creati sunt die. eo. sicenĩ placuerat patribus. magistratũ indi
derunt. sollempnibus q. s. c. his pfectis. de pace caudina retulerunt. et publilius penes quẽ
fasces erant. dic. s. c. postumi inquit. Qui ubi surrexit. eodẽ illo uultu quo sub iugũ missus
erat. haud sũ ignarus inquit consules ignominiæ non honoris causa me primũ excitatũ.
iussũ q. dicere non tamquã senatorẽ. sed tamquã reũ. tam infelicis belli quã ignominio
sæ pacis. Ego tamen quando neq. de noxa nr̃a neq. de poena retulistis. omissa defensio
ne quæ non difficillima eẽt. apud haud ignaros fortunarũ humanarũ necessitatiũ q.
sententiã de eo de quo retulistis. paucis pagã. Quæ sententia testis erit mihi ne an le
gionib; ur̃is pepcerim. cũ me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi. qua tam̃ quan
do in iussu populi facta est non tenetur. p. r. nec quicquã ex ea pter quã corpora nr̃a de
bentur samnitib; Dedamur p feciales nudi uincti q. exsoluamus religione populũ. si
qua obligauimus. nequid diuini humaniue obstet. quominus iustũ piũ q. de integro
inteatur bellũ. Interea consules exercitũ scribere armare. educere placet. nec prius
ingredi hostiũ fines. quã om̃a iusta in deditionẽ nr̃am pfecta erunt. Uos dii inmortales
pcor. queso q. si uob non fuit cordi. sp. postumiũ. t. ueturiũ consules cũ samnitibus pspere
bellũ gerere. at uos satis habeatis uidisse nos sub iugũ missos. uidisse sponsione infami
obligatos. uidere nudos uinctos q. hostibus deditos. omnẽ irã hostiũ nr̃is capitibus excipi
entes. Nouos consules legiones q. romanas cũ samnite gerere bellũ uelitis. ut om̃a an
te nos consules bella gesta sunt. Quæ ubi dixit. tanta simul ammiratio miseratio q. uiri
incessit homines. ut modo uix crederent illũ eundẽ eẽ. sp. postumiũ. qui auctor tã foedę
pacis fuisset. modo miserarentur. Cũ autẽ tribuni dixissent neq. se p eo qđ spondendo
pacẽ seruassent exercitũ. p. r. poenã ullã meritos eẽ. neq. ad extremũ cũ sacrosci essent.
dedi hostibus uiolariue possent. Tũ postumius. dedite interea. dedite inquit pfa
nos nos. quos salua religione potestis. dedetis deinde et istos sacrosc̃os. cũ primo ma
gistratu abierint. Sed si me audiatis priusquã dedantur. hic in comitio uirgis cæsos.
hanc iam ut intercalatæ poenæ usurã habeant. Nam qđ deditione nr̃a negant ex
solui religione populũ. id istos magis ne dedantur quã quia ita se res habeat. dicere.
quis adeo iuris fecialiũ expers est. qui ignoret. Neq. ego inficias eo. p. c. tã sponso
res quã foedera scã eẽ. apud eos homines. apud quos iuxta diuinas religiones fides
humana colitur. sed in iussu populi nego quicquã sanciri posse. qđ populũ tene
at. An si eadẽ supbia qua sponsionẽ istã expresserunt nob samnites. coegissent nos
uerba legitima dedentiũ urbes. nuncupare. deditũ. p. r. uos tribuni diceretis et
hanc urbẽ. templa. debra. fines. aquas samnitiũ eẽ. Omitto deditionẽ. quõ de

Nõ orõnẽ postumij cõsulis de pace caudina

sponsione res agitur. quid tandē si spopondissemus urbē hanc relicturū. p̄ r̄. si incensu
rū. si magistratus. si senatū. si leges non habiturū. si sub regibus futurū. di meliora inquis.
Atqui non indignitas rerū sponsionis uinculū leguat. Si quid est. in quo obligari. p̄. r̄. pos
sit. in om̄a potest. et ne illud quidē qd̄ quosdā fors ita moueat. refert. consul. an dic
tator an p̄tor spoponderit. et hoc ipsi etiā samnites iudicauerunt. quibus non fuit sa
tis consules spondere. sed legatos. questores. tribunos militū spondere coegerunt. Nec
a me nunc quisquā quesierit. quid ita spopoonderim. cū id ne consulis ius eēt. nec il
lis spondere pacē. quæ mei non erat arbitrii. nec p uob̄ qui nihil mandaueratis pos
sem. nihil ad caudiū p̄. c̄. humanis consiliis gestū est. dii inmortales et uīris et hos
tiū imperatoribus mentē ademerunt. Nec nos in bello satis cauimus. et illi male
partā uictoriā male pdiderunt. dū uix locis quibus uicerant credunt. dū quacūq.
conditione arma uiris in arma natis auferre festinant. Ansi sana mens fuisset. dif
ficile illis fuit dū senes ab domo ad consultandū accersunt. mittere romā legatos.
cū senatu cū populo de pace ac foedere agere. tridui iter expeditis erat. interea
in inducus res fuisset. donec ab roma legati aut uictoriā illis certā. aut pacē affer
rent. Eademū sponsio eēt. quā populi iussu spopondissemus. Sed neq. uos tulisse
tis. nec nos spopondissemus. nec fas fuit aliū rerū exitū eē. quā ut illi uelut somnio
lætiore. quā qd̄ mentes eorū capere possent. nequiquā eluderentur. et nr̄m exercitū
eadē quæ impedierat. fortuna expediret. uanā uictoriā uanior irritā faceret pax. sponsio
interponeretur. quæ neminē p̄ter sponsorē obligaret. Quid enī uob̄ cū p̄. c̄. quid cū
p̄. r̄. actū est. Quis uos appellare potest. quis se á uob̄ dicere deceptū. hostis an ci
uis. Hosti nihil spopondistis. quin neminē spondere p uob̄ iussistis. Nihil ergo uo
bis nec nob̄ cū est. quibus nihil mandastis. nec cū samnitibus cū quibus nihil egistis.
Samnitibus sponsores nos sumus rei. satis locupletes in id qd̄ nr̄m est. in id qd̄ p̄sta
re possumus. corpora nr̄a et animos. In hæc seuiant. in hæc ferrū. in hæc iras acuant.
Quod ad tribunos attinet. consulite. utrū p̄sens deditio eorū fieri possit. an in diē
differatur. Nos interim tu ueturi uos q. cæteri iulia hæc capita luendæ sponsionis
10 feramus. et nr̄o supplicio liberemus romana arma. Mouit. p̄. c̄. cū causa. tū auctor.
nec cæteros solū sed tribunos etiā plebei. ut se in senatus dicerent fore potestate. Ma
gistratu inde se extemplo abdicauerunt. traditi q. fecialibus cū cæteris caudiū du
cendi. Hoc. s̄. c̄. facto. lux quædā affulsisse ciuitati uisa est. Postumius in ore erat.
eū laudibus ad celū ferebant. deuotioni. p̄. decii consulis. aliis claris facinoribus æqua
bant. emersisse ciuitatē ex obnoxia pace illius consilio et opera. ipsū se cruciati
bus et hostiū iræ offerre. piacula q. p. p̄. r̄. dare. arma cuncti spectant et bellum.
enumquā futurū. ut congredi armatis cū samnite liceat. In ciuitate ira odio q. ar

sponsorē obligare

finis orōis

dente· dilectus ꝓpe omniũ uoluntariorũ fuit· Rescriptæ ex eodẽ milite nouæ legiones· ductæ q·
ad caudiũ exercitus· Pregressi feciales· ubi ad portã uenere· uestẽ detrahi pacis sponsoribus
iubent· manus post tergũ uinciri· Cũ apparitor uerecundia maiestatis postumiũ laxæ uinci
ret· quin tu inquit adduces lorũ· ut iusta fiat deditio· Tũ ubi in coetũ samnitiũ et ad tribunal
uentũ pontii est· ã· cornelius aruina fetialis ita uerba fecit· Quandoq· hice homines iniussu
p̃· r̃· quiritiũ foedus ictũ iri spoponderunt· atq· ob eã rẽ noxã nocuerunt· ob eã rẽ· quo· p̃· r̃·
scelere impio sit solutus· hosce homines uob̃ dedo· Hæc dicenti feciali· postumius genu femur
quantũ maxime poterat· ui ꝑculit· et clara uoce ait· se samnitẽ ciuẽ ẽẽ· illũ legatũ fetia
lẽ á se contra ius gentiũ uiolatũ· eo iustius bellũ gesturos· Tum pontius· nec ego istã dedi
tionẽ accipiã· inquit· nec samnites ratã habebunt· quin tu spuri postumi si deos eẽ censes·
aut om̃a irrita facis· aut pacto stas· samniti populo om̃s quos in potestate habuit· aut ꝑ his
pax debetur· Sed quid ego te appello· qui te captũ uictori cũ qua potes fide· restituis· p̃· r̃·
inclinauit. quam telum hinc aut illinc emissum est. Inde ne infecta re abiretur. clamor ab
ætruscis oritur. concinunt q. tubæ. et signa inferuntur. Nec segnius romanis pugna initur.
concurrunt infensis animis. numero hostis. uirtute romanus superat. anceps p̄lium multos
utrimq. et fortissimū quemq. absumit. Nec prius inclinata res est. quam scd̄a acies romana
ad prima signa integri fessis successerunt. ætrusci quia nullis recentibus subsidiis fulta pri
ma acies fuit. ante signa circa q. om̄s ceciderunt. Nullo umquam p̄lio fugæ minus. nec plus
cædis fuisset. ni obstinatos mori tuscos nox texisset. ita ut uictores priusquam uicti pugnan
di finem facerent. Post occasum solis signum receptui datū est. Nocte ab utroq. in castra re
ditum. Nec deinde quicquā eo anno rei memoriæ dignæ apud sutrium gestum est. quia
et ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno proelio fuerat. subsidiarius modo re
lictis. uix qd̄ satis eēt ad castrorum p̄sidiū. et apud romanos tantum uulnerū fuit. ut plu
res post proelium saucii decesserint. quam ceciderant in acie. Quintus fabius insequentis 33 plures saucii
anni consul. bellū ad sutrium excepit. collega fabio. c̄ marcius rutilius datus est. cęterū et
fabius supplementū ab roma abduxit. et nouus exercitus domo accitus ætruscis uenit.
Permulti anni iam erant. cum inter patricios magistratus tribunos q. nulla certamina fu
erant. cum ex ea familia quæ uelut fatalis cum tribunis erat certamen oritur. Ap
pius claudius censor circumactis decē et octo mensibus. qd̄ æmilia lege finitū censuræ
spaciū temporis erat. cū. g̃. plaucius collega eius magistratu se abdicasset. nulla ui com
pelli ut abdicaret potuit. p̄. semphronius erat. tr̄. pl̄. qui finiendæ censuræ intra legitimū semphronius
tempus actionem susceperat. non popularem magis quā iustam. nec inuulgus quā op
timo cuiq. gratiorē. Is cum identidem legem æmiliam recitaret. auctorē q. eius mamer
cū æmiliū dictatorē laudibus ferret. qui quinquennalem ante censuram et longinqui
tate potestatem dominantem. intra sex mensiū et anni coegisset spacium. dic agedū in
quit appi claudi. quidnam facturus fueris. si eo tempore quo. g̃. furius et. m̄. geganius
censores fuerunt. censor fuisses. Negare appius interrogationem tribuni magnopere
ad causam ptinere suam. Nam etsi tenuerit lex æmilia eos censores. quorū magistra
tu lata eēt. quia post illos censores creatos eam legem populus iussisset. qd̄cumq. postre
mū iussisset. id ius ratū q. eēt. non tamen aut se aut eorū quemquam qui post eam le
gem latā creati censores essent. teneri ea lege potuisse. Hæc sine ullius assensu cauillan 34
te appio. est inquit quirites illius appii pgenies. qui xuir in unū annū creatus. altero Oratio longa de appiū
anno se ipse creauit. tercio nec ab se nec ab ullo creatus. priuatus fasces et imperium
optinuit. nec ante continuando abstitit magistratu. quam obruerent eū. male par
ta. male gesta. male retenta imperia. Hæc est eadem familia quirites. cuius ui atq. iniu
rus compulsi extorres patria sacrū montem coepistis. hæc. aduersus quā tribunicium

auxilium uob comparastis. Hæc ꝓpter quam duo exercitus auentinũ insedistis. hæc quæ
fenebres leges. hæc quæ agrarias semꝑ inpugnauit. Hæc conubia patrũ et plebis inter
rupit. hæc plebi ad curules magistratus iter obsessit. Hoc est nomen multo quam tar
quiniorum infestius urẽ libertati. Ita ne tandem appi claudi. cum centesimus iam
annus sit. ab mamerco æmilio dictatore. tot censores fuerint nobilissimi. fortissimiq.
uiri. nemo eorũ xij tabulas legit. nemo id ius eẽ. qđ postremo populus iussisset
scitt. immo uero om̃is sciuerunt. et ideo æmiliæ potius legi paruerunt. quã ulli an
tiquæ. qua primum censores creati erant. quia hanc postremum iusserat populus. et
quia ubi duæ contrariæ leges sunt. semꝑ antiqua abrogat nouã. An hoc dicis appi
non teneri æmilia lege populũ. an populũ teneri. te unũ ex legem eẽ. Tenuit æmilia
lex uiolentos illos censores. m̃. furiũ. ꝛ. m̃. geganiũ. quicquid iste magistratus in
re. p̃. male facere posset. indicarunt. cũ ira finitæ potestatis. mamercũ æmiliũ
principẽ ætatis suæ. belli domiq. ærarium fecerunt. Tenuit deinceps om̃s cen
sores intra certũ annorũ spaciũ. Tenet. g̃. plauciũ collegam tuũ. isdem auspicus. eo
dem iure creatũ. An hunc. ut qui optimo iure censor creatus eẽt populus creauit.
Tu unus eximius es. in quo hoc p̃cipuũ ac singulare ualeat. Quẽ tu regem sacrifi
ciorũ crees. amplexus regni nomen. ut qui optimo iure rex romæ creatus sit.
se dicet. Quem semenstri dictatura. quem interregno quinq. dierũ contentum fo
re putes. quẽ claui figendi aut ludorũ causa dictatorem audaciter crees. quam
stolidos ac socordes uideri creditis eos qui intra uicesimum diẽ ingentibus rebus
gestis dictatura se abdicauerunt. aut qui uicio creati abierunt magistratu. quid
ego antiqua repetam. Nuꝑ intra. x. annos. g̃. moenius dictator. quia cũ questiones seue
rius quam quibusdam potentibus tutũ erat exerceret. contagio eius qđ quere
bat ipse criminis obiectus abinimicis est. Ut priuatus obuiã iret crimini. dictatura
se abdicauit. Nolo ego istam in te modestiam. ne degeneraueris á familia im
periosissima et suꝑbissima. non die. non hora citius. quã necesse est magistratu
abieris. modo ne excedas finitũ tempus. satis est aut diẽ aut mensem censu
ræ adicere. Trienniũ inquis et vj. menses ultra quam licet æmilia lege cen
suram gerã et solus. Hoc quidẽ iam regno simile est. an collegã subrogabis. qui
gerat. ne inde mortui quidẽ subrogari fas est. Pœnitet enim qđ antiquissi
mũ sollempne et solũ ab ipso qđ sit institutũ deo ab nobilissimis antistitibus
eius sacri. ad seruorũ ministeriũ religiosus censor deduxisti. gens antiquorũ
originibus huius urbis. auspicio deorũ inmortaliũ scã. ꝓpter te ac tuã censu
rã intra annũ ab stirpe extincta est. nisi uniuersã rem. p̃. eo nefario obstinx
eris. quod ominari etiã reformidat animus. urbs eo lustro capta est. qua de

mortuo collega in locũ eius alius subrogatus est. Mortuo collega g̃. iulio censore. L. pa
pyrius cursor ne abiret magistratu. m̃. corneliũ maluginensem collegã subrogauit.
et quanto m̃o destior illius cupiditas fuit. quã tua appi. nec solus nec ultra finitũ
lege tempus. L. papyrius censuram gessit. Tunc neminẽ inuenit. qui se postea auc
torem sequeretur. O m̃s deinceps censores post mortẽ collegæ se magistratu abdi
carunt. Te nec qd̃ dies exit censuræ. nec qd̃ collega magistratu abiit. nec lex
nec pudor cohercet. uirtutẽ in supbia. in audacia. in contemptu deorum hominũq.
ponis. Ego te appi claudi ꝑ istius magistratus maiestate ac uerecundia quem ges
sisti. non m̃do non manu uiolatũ. sed ne uerbo quidem inclementiori á me appel
latũ uellem. sed ꝯ hæc qua adhuc egi ꝑuicatia tua et supbia coegit me loqui. et
nisi æmiliæ legi parueris. in uincula duci iubebo. Nec cũ ita comparatũ á maiori
bus sit. ut comitiis censoriis nisi duo confecerint legitima suffragia. non renununcia
to altero. comitia differantur. ego te qui solus censor creari non possis. solũ censurã
gerere non patiar. Hæc talia q. cũ dixisset. prendi censorẽ ꝯ in uincula duciuis
sit. approbantibus vj tribunis actionẽ collegæ. tres appellanti appio auxilio fue
runt. summa q. inuidia omniũ ordinũ solus censuram gessit. Dum ea romæ gerun
tur. iam sutriũ ab ætruscis obsidebatur. consuli q. fabio imis montibus ducen
ti ad ferendã opem socius temptandas q. munitiones siqua posset. acies hostiũ
instructa occurrit. quorũ ingentẽ multitudinem cum ostenderet subiecta la
te planicies. consul ut loco paucitatẽ suorum adiuuaret. et flectit paulũ in cli
uos agmen. aspera erant strata saxis. inde signa in hostẽ obuertit. ætrusci omniũ
p̃ter quã multitudinis suæ qua sola freti erant. inmemores. p̃lium ineunt. adeo
raptim ꝯ auide. ut abiectis missilibus quo celerius manus consererent. stringe
rent gladios uadentes in hostẽ. Romanus contra nunc tela nunc saxa quibus eos
affatim locus ipse armabat ingerere. Igitur scuta galeæ q. icta. cũ etiã quos non uul
nerauerant turbarent. neq. subire erat facile ad ꝓpiorẽ pugnã. neq. missilia
habebant. quibus eminus rem gererent. stantes et expositos ad ictus. cũ iam satis
nihil tegeret. quosdam etiã pedẽ referentes. fluctuantẽ q. et instabilem aciem
redintegrato clamore strictis gladiis hastati et principes inuadunt. Eum impe
tũ non tulerunt ætrusci. uersis q. signis pugnæ fuga effusa castra repetunt. Sed
equites romani p̃uecti ꝑ obliqua campi cũ se fugientibus optulissent. omisso ad
castra itinere montes petunt. Inde inermi agmine pene ac uexato uulneribus.
in siluam ciminiã penetratũ. Romanus multis ætruscorũ milibus cęsis. duode
xl signis militaribus captis. castris etiã hominũ, cũ p̃da ingenti potitur. Tũ de
ꝑsequendo hoste agitari coeptũ. Silua erat ciminia magis tũ inuia atq. hor

in uincula ducũ appi.

35

36

rrenda quam nup fuere germanici saltus. nulli adeā diē ne mercatorū quidem adi
ti. Ea intrare haud fere quisquā p̄ter ducem ipsū audebat. Aliis om̄ibus cladis caudi
næ nondum memoria aboleuerat. Tunc ex his qui aderant consulis fratrē. m̄. fabi
um cesonē. alii. g̃. claudiū. quidam matre eadem qua consulem genitū tradunt. specu
latū se iturū p̄fessū. breui q. om̄a certa allaturū. Cæræ educatus apud hospites. ætrus
cis inde litteris eruditus erat. linguā q. ætruscā p̄be nouerat. Habeo auctores
romanos pueros uulgo tum romanos pueros sicut nunc grecis. ita ætruscis litteris erudiri solitos.
Sed p̄pius uero est. p̄cipuū aliquid fuisse in eo. qui se tam audaci simulatione
hostibus inmiscuerit. Seruus ei dicitur comes unus fuisse. nutritus uná. eoq. haud
ignarus linguæ eiusdem. Nec quicquam aliud p̄ficiscis centes quā summatī regio
nis quæ intranda erat naturā. ac nomina principū in populis accepere. Nequa
inter colloquia insigni nota hesitantes dep̄hendi possent. ire pastorali habitu.
agrestibus telis. falcibus cæsisq. binis armati. Sed neq. commertiū linguæ nec
uestes. armorū ue habitus sic eos texit. quam qđ abhorrebat ab fide. quemquā
externū ciminios saltus intraturū. Usq. ad camertes umbros penetrasse dicuntur.
Ibi qui essent fateri romanū ausum. introductum q. in senatū. consulis uerbis egis
se de societate amicicia q. inde comi hospicio acceptū nunciare romanis ius
sum commeatū exercitui dierū xxx presto fore. si ea loca intrasset. iuuentutēq.
camertium umbrorū in armis paratā. imperio futurā. Hæc cū relata consuli es
sent. impedimentis prima uigilia p̄missis. legionibus post impedimenta ire ius
sis. ipse subsistit cū equitatu. et luce orta postero die obequitauit stationibus hostium.
quæ extra saltū dispositæ erant. ac cum satis diu tenuisset hostē. in castra se
recepit. porta q. altera egressus. ante noctē agmen assequitur. Postero die luce
prima iuga ciminii montis tenebat. Inde contemplatus opulentia ætruriæ ar
ua. milites emittit. Ingenti iam abacta p̄da. tumultuariæ agrestiū ætruscorū
cohortes repente á principibus regionis eius concitatæ romanis occurrunt. adeo
incompositæ. p̄ ut uindices p̄darū p̄pe ipsi p̄dæ fuerint. Cæsis fugatisq. his. latæ
depopulato ago. uictor romanus opulentus q. rerū om̄iū copia. in castra redit.
Eó forte quinq. legati cū duobus. tr̄. pl. uenerant denunciatū fabio uerbis. ne
saltū ciminium transiret. Lætati serius se quā ut impedire bellū possent ue
nisse. nuncii uictoriæ romā reuertuntur. Hac expeditione consulis motū lati
us erat quā p̄fligatū bellum. Uastationem namq. fabii sub ciminii montis ra
dicibus iacens ora senserat. concitauerat q. indignationē non ætruriæ modo
exercitus populos. sed umbriæ finitima. Itaq. quantus nonumquā antea exercitus ad sutri
um uenit. Neq. é siluis tantū m̄do p̄mota castra. sed etiā auiditate dimicandi

quam primũ in campos delata acies. deinde instructa primo suo stare loco. relicto hostiũ ad
instruendũ contra spacio. Dein postquã detractare hostem sensere pugnã. ad uallũ sube
unt. Ubi quoq. postquam stationes receptas intra munimenta sensere. clamor repente
circa duces ortus. ut eo sibi e castris cibaria eius diei defferri iuberent. mansuros se
sub armis. et aut nocte aut certe luce prima castra hostiũ inuasuros. Nihilo quietior
romanus exercitus imperio ducis continetur. Decuma erat fere diei hora. cũ cibum ca
pere consul milites iubet. p̃cipit. ut in armis sint. quacũq. diei noctis ue hora signũ
dederit. Paucis milites alloquitur. samnitiũ bella extollit. eleuat etruscos. nec hostẽ
hosti. nec multitudinem multitudini comparandam. ait eẽ p̃terea telũ aliud occultum.
scituros in tempore. interea taceri opus eẽ. His ambagibus p̃di simulabat hostes. quo
animus militũ multitudine territus restitueretur. et qd̃ sine munimento considerat.
ueri similius erat. qd̃ simulabatur. Curati cibo. corpora quieti dant. et quarta fere
uigilia sine tumultu excitati. arma capiunt. Calonibus diuiduntur. ad uallum
p̃ruendũ. fossasq. implendas. intra munimenta instruitur acies. Delectæ cohor
tes ad portarũ exitus collocantur. Dato deinde signo. paulo ante lucẽ qd̃ estiuas noc
tibus sopitæ maximæ quietis tempus est. p̃rupto uallo erupit acies. stratos pas
sim inuadit hostes. alios immobiles. alios semisomnos. in cubilibus suis maxi
mam partẽ ad arma trepidantes cedes oppressit. Paucis armandi se datũ spaciũ
est. eos ipsos non signũ certum. non ducẽ sequentes. fundit romanus. fugatosq.
p̃sequitur ad castra. ad siluas diuersi tendebant. Siluæ tutius dedere re
fugium. Nam castra in campis sita. eodem die capiuntur. aurũ argentũ q. aurũ
iussum referri ad consules. cetera p̃da militis fuit. Cæsa aut capta eodie hostium
mil ad sexaginta. Eam tã clarã pugnam trans ciminiã siluam ad perusiam Ix.
pugnatã quidam auctores sunt. metu q. in magno ciuitatẽ fuisse. ne inter
clusus exercitus tam infesto saltu coortis undiq. tuscis umbris q. opprimerentur.
Sed ubicumq. pugnatũ est. res romana superior fuit. Itaq. á perusia & crotone
& arretio. quæ ferme capita etruriæ populorũ ea tempestate erant. legati pacem
foedusq. ab romanis petentes. inducias in xx annos impetrauerunt. Dũ hæc xxx annos
in ætruria geruntur. consul alter marcius rutilius allifas de samnitibus ui
coepit. multa alia castella uiciq. aut deleta hostiliter. aut integra in potestatẽ
uenere. Per idem tempus ex classis romana á p̃. cornelio quem senatus maritimæ
oræ p̃fecerat. in campania acta. cũ adpulsa pompeios eẽt. socii inde nauales
ad depopulandũ agrũ nucerinũ p̃fecti. p̃ximis raptim uastatis. unde reditus
tutus ad naues eẽt. dulcedine ut fit p̃dæ longius p̃gressi exciuere hostes. pala
tis p̃ agros nemo obuius fuit. Cũ occidione occidi possent. redeuntes agmine

incauto. haud procul nauibus assecuti agrestes exuerunt prædæ parte. etiam occiderunt. quæ
superfuit cædi. trepida multitudo ad naues compulsa est. Profectio quincu fabii trans cimi
niam siluam. quantum romæ terrorem fecerat. tam lætam famam in samnium ad hostes tulerat. in
terclusum romanum exercitum obsideri. cladisq. imaginem furculas caudinas memorabant.
eadem temeritate auidam ulteriorum semper gentem in saltus inuios deductam. septam
non hostium magis armatu. quam locorum iniquitatibus esse. Iam gaudium inuidia qua
dam miscebatur. quod belli romani decus ab samnitibus fortuna ad etruscos auertisset.
Itaq. armis uirisq. adoptinendum. g. marcium consulem concurrunt. protinus inde ætru
riam per marsos sabinosq. petituri. si marcius dimicandi potestatem non faciat. obuius
his consul fuit. Dimicatum prelio utrimq. atroci atq. incerto euentu est. et cum anceps
cedes fuisset. aduersæ tamen rei fama in romanos uertit. ob amissos quosdam eques
tris ordinis tribunosq. militum atq. unum legatum. et quod insigne maxime fuit. con
sulis ipsius uulnus. Ob hæc etiam aucta fama. ut solet. ingens terror patres inuasit.
dictatorem q. dici placebat. nec quin cursor papyrius diceretur. in quo tum summa
rei bellicæ ponebatur. dubium cuiquam erat. Sed nec in samnium nuncium perferri omnibus
infestis tuto posse. nec uiuere marcium consulem satis fidebant. alter consul fabius
infestus priuatim papyrio erat. quæ ne ira obstaret publico bono. legatos ex con
sularium numero mittendos ad eum senatus censuit. qui sua quoq. eum non publica
solum auctoritate mouerent. ut memoriam simultatium patriæ remitteret. Profecti
legati ad fabium. cum s. c. tradidissent. adiecissent q. orationem conuenientem man
datis. Consul demissis in terram oculis. tacitus ab incertis quidnam acturus esset le
gatis. retessit. Nocte deinde silentio ut mos est. L. papyrium dictatorem dixit.
Cuius cum ob animum ægregie uictum legati gratias agerent. obstinatum silentium
optinuit. ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit. ut appare
ret insignem dolorem ingenti comprimi animo. Papyrius. c. iunium bubulcum ma
gistrum equitum dixit. atq. ei legem curiatam de imperio ferenti. triste omen diem dif
fidit. quod faucia curia fuit principium. duabus insignis cladibus captæ urbis. et
caudinæ pacis. quod utroq. anno eiusdem curiæ fuerat principium. Macer licinius ter
ciam etiam clade quæ ad cremeram accepta est. abhominandam eam curiam facit.
Dictator postero auspiciis repetitis pertulit legem. et profectus cum legionibus ad ter
rorem traducti siluam ciminiam exercitus. nuper scriptis. ad longulam peruenit. Accep
tisq. a marcio consule ueteribus militibus. in aciem copias eduxit. Nec hos
tes detractare uisi pugnam. Instructos deinde armatosq. cum ab neutris prelium incipe
ret. nox oppressit. quieti aliquamdiu nec suis diffidentes uiribus. nec hostem
spernentes. statiua in propinquo habuere. Nam et cum umbrorum exercitu

acie depugnatū est. fusi tamen magis quam cęsi hostes. qui acceptā acriter non tolera
runt pugnam. Interea res et in ætruria gestæ. et ad uadimonius lacū ætrusci lege sacra
ta coacto exercitu. cū uir uirum legisset. quantis numquam alias ante simul copiis
simul animis dimicarunt. Tanto q. irarum certamine gesta res est. ut ab neutra parte
emissa sint tela. Gladiis pugna coepit. et acerrime ipsa commissa certamine. qd aliquā
diu anceps fuit. accensa est. ut non cū ætruscis totiens uictis sed cum aliqua noua gen
te uideretur dimicatio eē. Nihil ab ulla parte mouetur fugæ. cadunt antesigna
ni. et ne nudentur ꝓpugnatoribus signa. fit ex scda prima acies. ab ultimis deinde
subsidiis cietur miles. adeo q. ad ultimum laboris ac periculi uentū est. ut equites ro
mani omissis equis ad primos peditū ꝑ arma et corpora euaserint. Ea uelut noua int̄
fessos exorta acies. turbauit signa ætruscorum. Secuta deinde impetū eorum. utcūq.
affecta erat. cętera multitudo. tandem ꝑrumpit ordines hostium. Tum uinci ꝑtina
cia coepta. et auerti manipuli quidam. et ut simul dedere terga. etiam certiorē capes
sere fugam. Ille primū dies fortunā uertere. habundantes ætruscorū fregit opes. cæ
sum in acie qd roboris fuit. castra eorū impetu capta direpta q.. par subinde periculo 40
glæ q. euentu bellū in samnitibus erat. qui p̄ter cęteros belli apparatus ut acies sua ful
geret nouis armorum insignibus. fecerunt. duo exercitus erant. Scuta alterius
auro. alterius argento celauerunt. forma erat: scuti summum latius quam pectus atq.
humeri teguntur. fastigio æquali ad imū cuneacior. mobilitatis causa. spongia pectori
tegumentum. et sinistrum crus ocrea tectū. galæę cristatæ. quæ speciem magni
tudini corporū adderent. Tunicæ auratis militibus uersicolores. argentatis linteæ
candidæ. His dextrū cornu datū. illi in sinistro subsistunt. Notus iam romanis ap
paratus insigniū armorū fuerat. doctiq. a ducibus erant horridum militē eē de
bere. non cęlatum auro et argento. sed ferro et animis fretū. quippe illa prędam ue
rius quā arma eē. nitentia ante rem. deformia inter sanguinē et uulnera. uir
tute eē militis decus. et om̄a illa uictoriam sequi. et ditem hostē quam uis paupe
ris uictoris p̄mium eē. His cursor uocibus instinctos milites in proelium ducit.
Dextro cornu ipse subsistit. sinistro p̄fecit magistrū equitum. simul est concursum.
ingens fuit cū hoste certam̄. Non segnius inter dictatorē et magistrū equitū ab
utra parte uictoria inciperet. prior forte iunius commouit hostem lęuo. dex
trū cornu sacratos more samnitiū milites. eo q. candida ueste et paribus
candore armis insignes. eos se orco mactare iunius dictitans. cū intulissent
signa. turbauit ordines. et haud dubie impulit aciē. Quod ubi sensit dicta
tor ab lęuo ne cornu uictoria incipiet inquit. et dextrū cornu dictatoris acies
alienā pugnā sequetur. non partē maximā uictoriæ trahet. Concitat milites.

nec peditū uirtuti equites aut legatorū stipendia ducibus cędunt. M. ualerius á dextro. p. de
cius ab lęuo cornu ambo consulares ad equites in cornibus positos euehuntur. adhortatiq.
eos. ut partē secum capesserent decoris. in transuersa latera hostiū incurrunt. Is nouus
additus terror. cum ex parte utraq. circumuasisset aciem. & ad terrorem hostiū legio
nes romanæ redintegrato clamore intulissent gradū. tum fuga ab samnitibus coepta.
Iam strage hominū armorūq. insigniū campi repleri. ac primo pauidos samnites castra
sua accepere. deinde ne ea quidem retenta. captis direptisq. ante noctē iniectus
ignis. Dictator ex. s. c. triumphauit. Cuius triumpho longe maximā speciem captiua
aurea scuta arma p̄buere. Tantū magnificentiæ uisum in his. ut aurata scuta dominis argentari
orum ad forum ornandum diuiderentur. Inde natū iniciū dicitur foriornandi ab ędi
libus cū tensæ ducerentur. et romani quidem ad honorē deū insignibus armis hos
tium usi sunt. Campani ab superbia et odio samnitiū gladiatores qđ spectaculum
inter epulas erat. eo ornatu armarunt. samnitium q. nomine compellarunt. Eodē
anno cū reliquis ętruscorū ad perusiam quæ et ipsa fidem induciarū ruperat. fa
bius consul nec dubia nec difficili uictoria dimicat. Ipsum oppidum. nam ad moe
nia uictor accessit. coepisset. ni legati dedentes urbem exissent. p̄ ręsidio perusiæ
imposito. legationibus ætruriæ amiciciam petentibus. p̄ se romam missis ad sena
tū. consul prestantiore etiam quā dictator uictoria triū phans. urbem est inuectus.
quin etiā deuictorū samnitiū decus magna ex parte ad legatos. p. deciū. et m.
ualeriū. est uersū. quos populus ꝓximis comitiis ingenti consensu cos. alterum.
41 alterū p̄torem. declarauit. fabio obęgregie ꝑdomitā ætruriā. continuatur con
sulatus. decio collega datur. ualerius p̄tor quartū creatus. Consules partiti pro
uintias. ætruria decio. samniū fabio euenit. ꝓfectus ad nuceriā falaternā cum
pacem petentis. quod uti ea cū daretur noluissent. aspnatus est. oppugnando ad
dedicionē subegit. Cum samnitibus acie dimicatū. haud magno certamine hostes
uicti. neq. eius pugnæ memoria tradita foret. ni marsi eo primū p̄lio cū romanis
bellassent. Secuti marsorū defectionē peligni. eandem fortunā habuerunt. Decio
quoq. alteri consuli secunda belli fortuna euenit. Tarquiniensē metu subegerat fru
mentū exercitui p̄bere. atq. inducias in. xl. annos petere. Uolsiniensiū castella aliqt̄
ui cepit. quędā ex his diruit. ne receptaculo hostibus essent. circū ferendoq. passim
bello tantū terrorē sui fecit. ut nomen omne ætruscū foedus ab cos̄ peteret. ac de
eo quidem nihil impetratū. Induciæ annuæ datæ. stipendiū exercitui romano ab
hoste in eū annū pensū. binæ tunicæ in militē exactæ. ea merces induciarū fuit.
Tranquillas res iam ætruscis. turbauit repentina defectio umbrorū gentis inte
græ a cladibus belli. nisi quod transitū exercitus ager senserat. Hi concitata om

ni iuuentute sua et magna parte ætruscorū ad rebellionem conpulsa. tantū ex
ercitū fecerant. ut relicto post se in ætruria decio ad oppugnandā inde romam
ituros magnifice de se accōtēptī de romanis loquentes iactarent. Qd̄ incep
tū eorū ubi ad deciū cos̄ ꝑlatū est. ad urbē ex ætruria magnis iteneribus ꝑ
git. & in agro pupiniensi ad famā intentus hostiū consedit. Nec romæ sperne
batur ūbrorū bellū. & ipsæ minæ metū fecerant. ex ꝑtis gallica clade. quā in
tutā urbē incolerent. Itaq. legati ad fabiū consulē missi sunt. ut si quid lax
amēti a bello samnitiū eēt. In ūbriā ꝓpere exercitū duceret. Dicto paruit
consul magnisq. iteneribus ad meuaniā ubi tū copiæ umbrorū erant ꝑrex
it. Repens aduentus consulis quē ꝓcul umbria in samnio bello alio occupatū
crediderant. Ita exterruit umbros. ut alii recedendū ad urbes munitas. qui
dam omittendū bellū censerent. Plaga una materinā ipsi appellant. non cō
tinuit modo cæteros in armis. sed confestī ad certam̄ egit. Castra uallantē
fabiū adorti sunt. quos ubi effusos ruere in munimenta consul uidit. re
uocatos milites ab opere ꝓut loci natura tempusq. patiebatur. ita instrux̄.
cohortatusq. p̄dicatione uera. qua in tuscis. qua in samnio partorū decorū. exigu
am appendicē ætrusci belli conficere iubet. et uocis impiæ poenas expete
ret. qua se urbem romanā oppugnaturos minati sunt. Hæc tanta sunt
a lacritate militū audita. ut clamor sua sponte ortus loquentē interpella
uerit ducemante imperiū; Deinde contentu tubarū accornuū. cursu effu
so in hostem feruntur. non tamquā in uiros aut armatos incurrunt. mira
bilia dictu. signa primo eripi coepta signiferis. deinde ipsi signiferi trahi ad cos̄.
armatiq. milites ex acie in aciem transferri. et sicubi est certam̄ scutis magis
quā gladiis geritur res. umbonibus incussaq. ala sternunt hostes. Plus capi
tur hominū quā ceditur. atq. una uox ponere arma iubentiū ꝑrotā fer
tur aciem. Itaq. int̄ ipsū certamen facta dedicio est. a primis auctoribus
belli. Postero insequentibusq. diebus. et cæteri umbrorū populi deduntur.
O criculani sponsione in amitiā accepti. Fabius aliænæ sortis uictor belli. 42
in suā ꝓuintiā exercitū reduxit. Itaq. ei ob res tam feliciter gestas. sicut
priore anno populus continuauerat consulatū. ita senatus in insequen
tem annū. quo appius claudius. l. uolūnius cos̄ fuerunt ꝓrogauit. max
ime appio aduersante imperiū. appiū censorē petisse consulatū. comiti
aq. eius ab. l. furio. tr̄. pl̄. int̄ pellata. donec sē censura abdicauit. In quib;
dā annalibus inuenio. Creatus consul cū collegæ nouū bellū salentini hos
tes decernerentur. romæ mansit. ut urbanis artibus opes augeret.

quando belli decus penes alios cet. Uolūniū puinx haud perinde multa
secunda plia fecit. aliquot urbes hostiū ui cepit. pdā erat largitor. et benigni
tate p̄ se ferata gracia. comitate. adiuuabat. militēq. his artibus fouerat. et pericu
li. et laboris. audū. q. fabius. pcos. ad urbē allisas. cū samnitiū exercitu signis
conlatis confligit. Minime ambigua res fuit. fusi hostes atq. in castra compulsi
Nec castra forent retenta. ni exiguū supēet diei. ante noctē tamen sunt circum
sessa. et nocte custodita. ne quis elabi posset. postero die uixdū luce certa dedi tio
fieri coepta. et pacti qui samnitiū forent. ut cū singulis uestimentis emitterentur.
hi omnes sub iugū missi. Socii samnitiū nihil cautū ad. iiii. mil. sub corona uenu
ere. qui se cuem hernicū dixerat. se orsū in custodia habuit. Eos omnes fabius
romā ad senatū misit. et cū quæstiū cet. dilectu anuoluntariu p samnitibus aduer
sus romanos bellassent. p latinos populos custodiendi dantur. uisiq. ex integrā
rem. noui consules. p. cornelius aruina. q. martius tremulus. hi enim iā creati e
rant. ad senatū referre. Id ægre passi hernici conciliū populorū omniū habenti b;
anagninus. In circo quē martium uocant. per alternatē. ferentinatemq. et ue
rulanū. omnes hernici nominis. p. romano bellū indixerunt. In samnio quoq.
quia decesserat inde fabius. noui motus exorti. calacia. et sora. p sidia q. quæ
in his romana erant expugnata. et incaptiuorū corpora militū fede seuitum.
Ita q. eo. p. cornelius cum exercitu missus. martio noui hostes iam enī anagni
nis hernicisq. alis bellū iussū erat decernuntur. Primo ita oīa opportuna loca
hostes int consulū castra interceperunt. ut pudere expeditus numquis non pos
set. Et aliquot dies incerti rerū omniū suspensiq. de statu alterius uterq. consul
agere. romāq. is metus manarat. adeo ut omīs iumores sacramento adigerentur.
atq. ad subita rerū duo iusti scriberentur exercitus. Ceterū hernicū bellū ne
qua quā p p̄senti terrore acuetus fatæ gentis gloriæ fuit. Nihil usquā dictu dignū
ausi. trinis castris intra paucos dies exercitus. xx. dierū inducias. Ita ut ad senatū
romā legatos mitterent. pacti sunt. bimenstri stipendio frumentoq. et singulis
in militem tunicis. Absenatu ad marcū reiecti. cuius. s. c. p missū de hernicis erat.
isq. eam gentē in deditionē accepit. et in samnio alter consul superior uiribus.
locis impedicior erat. Omnia arcta obsepserant hostes. saltusq. puios ceperant.
nequa subuehi commeatus possent. neq. eos cū cōdie signa in aciem coss pfer
ret elicere ad certamen poterat. satisq. apparebat neq. samnitē certamen p̄sens.
nec romanū dilationē belli laturū. Aduentus martii qui hernicis subactis matu
rauit collegæ uenire auxilio. mora certaminis hosti exemit. Nam ut qui ne alte
ri quidē exercitui se ad certam credidissent pares. coniungi utriq. passi duo consu

lares exercitus nihil crederent supeē spei · aduenientē incōposito agmine martiū aggrediun
tur · raptī collatæ sartinæ in mediū · et ꝓut tempus patiebatur instructa acies clamor · pri
mū in statiua ꝑlatus · dein conspectus ꝓcul puluis tumultū apud alterū cōs in castris
fecit · Hisq · confestim arma capere iussis raptimq · eductis in aciem militibus transuersā
hostiū aciem atq · alio certamine occupatā inuadit · clamitans sūmū flagiciū fore · si alterū
exercitū utriusq · uictoriæ compotē sinerent fieri · nec ad sē sui belli uindicarent decus · qua
impetū dederat ꝑrupit · aciemq · ꝑmediā in castra hostiū tendit · et uacua defensoribus
capit atq · incendit · quæ ubi flagrantia martianus miles conspex · et hostes respexere · tū
passim fuga coepta samnitiū fieri · Sed oīa obtinet cedes · nec in ullā partē totū ꝑfugiū
est · Iam xxx · mil · hostiū cæsis · signū receptui cōs dederant · colligebantq · in unū copias xxx
inuicē int̄ se gratantes · cum repente uisæ ꝓcul hostiū nouæ cohortes quæ in supplementū
scriptę fuerant · Integrauere cædem · In quas nec iussu consulū et signo accepto uictores ua
dunt · malo tirocinio in buendū samnitē clamitantes · Indulgent consules legionum
ardori · ut qui ꝓbe scirent nouū militē hostiū int̄ ꝑculsos fuga ueteranos · ne temptan
do quidem satis certamini fore · nec eos opinio fefellit · Omnes samnitiū copiæ ueteres
nouæq · montes ꝓximos fuga capiunt · Eo et romana erigitur acies · nec quicquam sa
tis tuti loci uictis est · et de uigis quæ ceperant funduntur · Iamq · una uoce omnes pa
cem petebant · Tū triū mensiū frumēto imperato et annuo stipendio ac singulis in mi
litem tunicis · ad senatū pacis oratores missi · Cornelius in samnio relictus · martius
de herennicis triūphans in urbē redit · statuaq · equestris in foro decreta est · quæ ante
templū castoris posita ī · Hernicorū tribus populis alt̄nati · uerulano · ferentinati · quia
maluerunt quā ciuitatē suæ leges redditæ conubiūq · int̄ ipsos qđ aliquandiu soli her
nicorū habuerunt ꝑmissū · anagninis quiq · arma romanis intulerant · ciuitas sine
suffragii latione data · Concilia conubiaq · adempta · et magistratibus ꝑterquam sa
crorū curatione int̄ dictū · Eodem anno edes salutis a uinio bubulco censore locata
est · quā cōs bello samnitiū uouerat · ab eodem collegaq · eius · m · ualerio maximæ
uiæ ꝑagros publica inpensa factæ · & cū carthaginiensibus eodem anno foedus
tercio renouatū · legatisq · eorū qui adiduenerant comit̄ munera missa · Dictato 44
rem idem annus habuit · p̄ · corneliū scipionē cū magistro equitū · p̄ · detio mure ·
ab his ꝓpter quæ creati erant comitia consularia habita · quia neut̄ consulū potu
erant bello abēē · Creati consules · l · postumius · t̄ · minutius · Hos consules piso · q ·
fabio · et · p̄ · detio · suggerit biennio exempto quo claudiū uolūniūq · et corneliū
cum martio consules factos tradidimus · Memoriæne fuerit · in annalibus dige
rendis an consulto binos cōss fallsos ratus transcenderit incertū est · eodem anno
in capūstellatem agri cāpani samnitiū incursiones factæ · Itaq · ambo consules

in samniū missi. cū diuersas regiones tifernū postumius. bouianū minutius petisset. post
xx. tumii prius ductu ad tifernū pugnatū. Alii haud dubiæ samnites uictos ac. xx. mil.
hominū capta tradunt. alii marte æquo discessū. et postumiū metū simulantem noc
turno itinere clam in montes copias adduxisse. hostes secutos. duo mil. inde locis minu
tis et ipsos consedisse. Consul ut statiua tuta copiosaq. et ita erant petisse uideretur.
postquā et munimētis castra firmauit. et omā apparatu rerū utiliū instruxit. relic
t qua duci pxime potest
to firmo p̄sidio de uigilia tercia quæ luci pxima est expeditas legiones ad
collegā et ipsum aduersus alios sedentem ducit. Ibi auctore postumio minutius cū
hostibus signa confert. et cum anceps p̄liū in multū diei pcessisset tū postumius inte
gris legionibus defessam iā aciem hostiū in pruiso inuadit. Itaq. cum lassitudo ac uul
nera fugā q°q. p̄pedissent. occidione occisi hostes signa unū et. xxx. capta atq. inde
ad castra postumii p̄rectū. Ibi duo uictores exercitus pculsū iā fama hostē ad horti fun
dunt fugantq. Signa militaria sex. et. xxx. capta. et imperator samnitiū statius cel
lius. multiq. alii mortales. et castra utraq. capta. et bouianū ubi postero die coeptū oppugna
ri breui capitur. magnaq. gloria rerū gestarū consules triūpharunt. Minutiū consulem
cū uulnere graui relatū in castra. mortuū quidā auctores s̄. et. m̄. fuluiū in locum eius
cos̄ suffectū. et ab eo cū ad exercitū minutii missus eēt bouianū captū. eo anno. sora. arpinū.
cersennia. recepta ab samnitibus. herculis magnū simulacrū in capitolio positū. dedicatūq.
45 p̄. sulpicio auerrione. p̄. sempronio sopho. cos̄. samnites seu finē. seu dilationem belli quærentes.
legatos de pace romā misere. quibus supplicit̄ agentibus responsum ī. nisi sepe bellū paran
tes pacē petissent samnites. oratione ultro citro habita de pace transigi potuisse. Nunc quando
uerba uana ad id locorū fuerint rebus standū ēe. p̄. sempronii cos̄ cum exercitu breui in sam
nio fore. eum ad bellū pacem ne inclinent animi. falli non posse. Compta omā senatui re
laturū. decedentē ex samnio cos̄ legati sequerentur. Eo anno cum pacatū samniū exercitus
romanus benigno p̄bito commeatu pagrasset. foedus antiquū samnitibus redditū. ade
quos inde ueteres hostes cæterū p multos annos sub specie infidæ pacis quietos. uersa arma
romana. qd̄ in colimi hernico nomine ministrauerant simul cum his samniti auxilia.
et post hernicos subactos uniuersa ppe gens sine dissimulatione consilii publici ad hostes
desciuerat. et postquā icto romę cum samnitibus foedere fetiales uenerant res repeti
tū temptationē agebant esse. ut terrore incusso belli romanos sē fieri paterentur.
qd̄ quanto pere optantiū foret. hernicos docuisse. cum quibus licuerit. suas le
ges romanæ ciuitati p̄optauerint. quibus legendi quid mallent copia non fu
erit. ppoena necessariā ciuitatem fore. ob hæc uulgo in consiliis iactata. p̄. r̄. bellū
fieri equis iussit. cos̄q. ambo ad nouū pfecti bellum. iiii. mil. a castris hostium con
sederunt. Aequorū exercitus ut qui suo nomine p multos annos in belles egissent.

tumultuario similes sine ducibus certis. sine imperio trepidare alii exeundū in aciem. alii
castra tuenda censent. mouet plerosq. uastacio futura agrorū. ac deinceps cum leuibus
p̄sidiis urbiū relictarū excidia. Itaq. postquam inter multas sententias. una quæ omissa cu
ra communiū ad respectū suarū quemq. rerū uertisset audita. ut prima uigilia diuer
si ex castris ad deportanda oīa tuendasq. moenibus in urbes abirent. cuncti eā senten
tiā ingenti assensu accepere. P̄ alatis hostibus per agros. prima luce romanis signis p̄
latis in aciē consistunt. et ubi nemo obuius ibat. pleno gradu ad castra hostiū rendunt.
Cæterū postquā ibi neq. stacones p̄ portis. nec quēquā in uallo. nec fremitū consuetū
castrorū animaduerterunt. Insolito silentio moti. metu insidiarū subsistunt. Trans
gressi deinde uallū cū deserta omnia inuenissent. p̄gunt hostē uestigiis sequi. Sed
uestigia nō mīs eque ferentia partes ut in dilapsis passim primo errorē faciebant.
P̄ost p̄ exploratores comp̄tis hostiū consiliis. ad singulas urbes circumferendo bello. unū.
et. xl. oppida. intra dies. l. omnia oppugnando cēperunt. quorū pleraq. diruta atq.
incensa. nōq. equorū p̄pe adīnūmerationē deletū. De equis eriū phatū. exemploq.
eorū clades fuere. ut marrucini. marsi. peligni. ferentani. mitterent romā oratores
pacis petendæ amicitiæq. His populis foedus petentibus datum. Eodem anno. cēn.
fuluius scriba. patre libertino. humili fortuna ortus. cæterū callidus uir et facundus
æd. cūr. fuit. Inuenio in quibusdā annalibus cū appareret edilibus fieriq. sē. p̄tribu
no edilem uideret. neq. accipi nōm quia scriptū faceret. tabulā posiuisse. et uiras
se sē scriptū non facturū. quem aliquando ante desisse scriptū facere arguit ma
cer licinius. tribunatu ante gesto. erūq. uiratibusq. nocturno altero altero colonix
deducendæ. Cæterū id qd haud discrepat. contumacia aduersus contēpnentes.
humilitatē suā nobiles certauere. cuius uis repositū in penetralibus pontificum
euulgauere. fastosq. circa forū in albo p̄posuere. ut quando lege agi posset sciretur.
Ædem concordiæ in area uulcani summa inuidia nobiliū dedicauit. coactusq. ē
sensu populi cornelius barbatus pontifex maximus uerba p̄ire. cum more maio
rū negaret. nisi cōs aut imperatorē posse templū aut aram iussu senatus aut
tribunorū plebei partis maioris dedicare. haud memorabilē rem p̄se nisi docu
mentū sit. aduersus superbiā nobiliū plebeiq. libertatis referam. ad collegam
egrū uisendi causa flaminius cū uenisset. consensuq. nobiliū adulescentiū quibus
assedebant ad surrectū ei non cēt. curulē afferri sellā coiussit. ac sede honoris
sui anxios inuidia inimicos spectauit. Cæterū fabiū duxerat edilem. forensis
facio. app. claudii cēsoris. uires nacta qui senatū primus libertinorū filius
lectis inquinauerat. et posteaquā ea lectionē remorata habuit. nec incuria
adeptus erat quas pepererat opes urbanas. humilibus p̄ōmis tribus diuisis. forū

et campū corrumpit. Tantūq; flauii comitia indignitatis habuerunt. ut pleriq; nobili
um anulos aureos et phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas.
alliud integer populus fautor et cultor bonorū. aliud forensis factio tenebat. donec
q̄. fabius et. p̄. decius censores facti. et fabius simul concordię causa. simul ne humil
limorū in manu comitia essent. omnē forensem turbā excretā in iiij^or tribus conie
cit. urbanasq; eas appellauit. Adeoq; eā rē acceptā gratis animis ferunt. ut max
imi cognomen. qd̄ tot uictoriis non peperat. hac ordinū temperatione pareret.
ab eodem institutū dicitur. ut equites idibus quintilibus transueherentur.

TITI LIUII AB URBE CONDITA LIB̄ UIIII EXPLIC̄. INCIP̄ LIB̄ X. FELICITER.

Genucio. ser̄ cornelio consulibus. ab externis ferme bellis ociū fuit. Sorā atq; al
bam colonię deductę. albā in ęquos. vii colonorū scripta soras. agri uolsci fu
erant. sed possederant samnitę. eo uij hominū missa. Eodem anno arpinatibus
trebulanisq; ciuitas data. frusinates tercia parte agri dampnati. qd̄ hernicos ab
eis sollicitatos comptum. capitaq; coniurationis eius questione ab consulibus ex
s̄. c̄. habita. uirgis cęsi ac securi percussi. tamen ne prsus imbellē agerent annū par
ua expeditio in umbria facta est. qd̄ nunciabatur ex spelunca quadā excur
siones armatorū in agros fieri. In eā speluncā penetratū cū signis est. ex eo loco
obscuro multa uulnera accepta. maxime q; lapidū ictu. donec altero specu eius
ore. nā puius erat. inuento utręq; fauces congestis lignis accensę. Ita intus fumo
ac uapore ad dō mil armatorū ruentia nouissime in ipsas flammas dū euade
re tendunt. absumpta; m̄. liuio denticę. ā. æmilio consulibus. redintegratū
ęquicū bellū. coloniā egre pacientes ueluda rcē suis finibus impositam. sūma
ui expugnare adorti. ab ipsis colonis pelluntur. Cęterū tantū terrorē romę
fecere. quia uix credibile erat. tā affectis rebus solos p se ęquos ad bellū coor
tos. ut tumultus eius causa dictator diceretur. C. iunius bubulcus cū m̄. titi
nio magistro equitū pfectus. primo congressu ęquos subegit. ac die octauo tri
umphans in urbem cū redisset. ędē salutis quā consul uouerat censor loca
uerat. dictator dedicauit. Eodē anno classis grecorū cleonimo duce lace
demonio ad italię litora adpulsa thurios urbem in salentinis coepit. Ad
uersus hunc hostē consul æmilius missus. p̄lio uno fugatū compulit in na
ues. Thurię redditę ueteri cultori. salentinoq; agro pax parta. Iuniū bubul
cū dictatorē emissū in salentinos in quibusdam annalibus inuenio. et cleoni
mū priusquā confligendū eēt cū romanis. italia excessisse. circūuectus in de
brundusu pmunctoriū medioq; sinu hadriatico uentis lacessitū lęua impor
tuosa italię litora. dextra illirici liburniq; et strigesferæ et magna ex parte

latrociniis maritimis infames terrerent. penitus ad litora uenetorū ꝑuenit. expositis pau
cis qui loca explorarent. cū audissent tenue ꝑtentū litus ēē. qđ transgressis stagna ab
tergo sint irrigua. estibus maritimis. agros haud ꝓcul ꝓximos campestris cernit. ul
teriora collis uideri ēē. ostiū fluminis pre aliquo circumagi naues in stationē tutā
uidisset. medu lacus amnis erat. eo inuectā classem subire flumine aduerso iussit.
Grauis summas nauiū non ꝑtulit alueus fluminis in leuiora nauigia. transgressa mul
titudo armatorū. ad frequentes agros tribus maritimis patauinorū uicis colentibus.
eam orā ꝑuenit. Ibi egressi leui ꝑsidio nauibus relicto uicos expugnant. inflam
mant tecta. hominū pecudū q. ꝑdas agunt. et dulcedine ꝑdandi longius usq. á naui
bus ꝓcedunt. Hæc ubi patauiū sunt nunciata. semꝑ autem eos in armis accolę galli
habebant. in duas partes iuuentutē diuidunt. alterā in regionē qua effusa po
pulatio nunciabatur. altera necui ꝑdonū obuia fieret. altero itinere ad statio
nē nauiū. milia autē xiiij ab oppido aberat. ducta. in naues paruas custodi
bus interemptis. impetus factus. territi q. nautę coguntur naues in alteram
ripā amnis traicere. et in terra ꝓsperū in pelagi ꝑdatores ꝑliū fuerat. refugien
tibus q. ad stationē grecis. uenetii obsistunt. Ita in medio circūuenti hostes. cę
si q. pars capti classem indicant. regē q. iij mit abeē. Inde captiuis ꝓximo
uico in custodiam datis. pars fluuiatiles naues ad superanda uada stagnorū.
apte planis alueis fabricatas. pars captiua nauigia armatis complent. ꝓfectiq.
ad classem. immobiles naues et loca ignota plusquā hostē timentes. circū
uadunt. fugientes q. in altū acrius quā repugnantes. usq. ad hostiū amnis
ꝑsecuti. captis quibusdam incensis q. nauibus. hostiū quas trepidatio in ua
da intulerat. uictores reuertuntur. Uix cleonimus quanta parte nauium
incolumi nulla regione maris hadriatici. ꝓspere adita discessit. Rostra
nauiū spolia q. laconū in ęde iunonis ueteri fixa. multi suꝑsunt. qui ui
derunt. Patauii monumentū naualis pugnę eo die quo pugnatū est. quot
annis sollempni certamine nauiū in oppidi medio exercetur. Eodem anno
romæ cū uestinis petentibus amiciciā ictū est foedus. Multiplex deinde ex
ortus terror. ętruriā rebellare ab arretinorū seditionibus. motu orto nunci
abatur. Ibi ꝑ liciniū genus ꝑpotens diuiciarū inuidia plebis. armis coeptum.
simul marsos agrū uitueri. in quē colonia carseoli. deducta erat. iiij. mi
libus hominū scriptis. Est itaq. ꝓpter eos tumultus dictus. m̄. ualerius max
imus dictator. magistrū equitū sibi legit. m̄. æmiliū paulū. Id magis cędo quā
q̄. fabiū ea ętate atq. eis honoribus ualerio subiectum. cęterū ex magnimi
cognomine ortū errorē haud abnuerim. Profectus dictator cū exercitu

plio uno marsos fundit. Compulsis deinde in urbes munitas. milioniã. pleſtinã. freſi
liam intra paucos dies coepit. et parte agri multatis marsis. foedus reſtituit. Tũ in
etruſcos uersum bellũ. et cũ dictator auſpiciorũ repetendorũ cauſa p̃fectus cẽt. magiſ
ter equitũ pabulatũ egreſſus. ex inſidiis circumuenitur. ſignis q. aliquot amiſſis. foe
da militũ cẽde ac fuga in caſtra eſt compulſus. qui terror non eo tantũ á fabio ab
horret. qd ſiqua alia parte cognomen ſuũ ẽquauit. tũ maxime bellicis laudibus.
ſed etiã qõ memor papirianę ſeueritę nũquã uti dictatoris iniuſſu dimicarit addu
ci potuiſſet. Nunciata ea cladeſ romę. maiorẽ quã reſ erat terrorẽ excitit. Nam ut ex
ercitu deleto. tta iuſticiũ indictũ. cuſtodię in portis. uigilię uicatim exactę. arma te
la in muros congeſta. oĩbus iunioribus ſacramento adactis. dictator ad exercitũ
miſſus. oĩa ſpe tranquilliora et compoſita magiſtri equitũ cura. caſtra in tutiorem lo
cũ redacta. cohortes quę ſigna amiſerant. extra uallum ſine tentoriis deſtitutas
inuenit. exercitũ auidũ pugnę. quo maturius ignominia aboleretur. Itaq. con
feſtim caſtra in agrũ roſulanũ p̃mouit. eó et hoſtes ſecuti. quamquã ex bene geſ
ta re ſummã et in apto certamine uirtũ ſpem habebant. tamen inſidias quoq. quaſ
feliciter exp̃ti erant. hoſtẽ temptant. Tecta ſemiruta. uici puaſtatione agrorum
deſtituti. haud procul caſtris romanorũ aberant. Ibi abditis armatis. pecus in conſpec
tu p̃ſidii. cui p̃erat. gn̄. fuluius legatus. p̃pulsũ. ad quã ab illecebrã. cũ moueretur
nemo ab romana ſtatione. paſtorũ unus p̃greſſus munitiones inclamat aliosq. cunc
tanter abruinis uici pecus p̃pellentes. quid ceſſarent cũ p̃ media caſtra romana
tuto agere poſſent. Hæc cũ legato acerbius quidam interpretarentur. et per
oĩs manipulos militũ indignatio ingens ẽret. nec tunc iniuſſu mouere auderent. iu
bet pertos linguę adhibere animũ paſtorũ. ſermo agreſti an urbano p̃ior
ẽret. Cũ referrent ſonũ linguę et corporũ habitũ. et nitorẽ. cultiora quã paſtora
lia ẽe. Ite igitur dicite inquit. deregant nequiquã condita inſidias. oĩa ſcire
romanũ. nec iam magis dolo capi. quã armis uinci poſſe. Hę ubi audita ſuũ
et ad eos qui conſederant in inſidiis p̃lata. conſurrectũ repente ex latebris
eſt. et in patentẽ ad conſpectũ undiq. campũ. p̃lata ſigna. Uiſa legato maior
acies. quã quę ab ſuo p̃ſidio ſuſtineri poſſet. Itaq. p̃pere ad dictatorẽ auxilia ac
citũ mittit. Interea ipſe impetus hoſtiũ ſuſtinet. Nuncio allato dictator ſigna
ferri ac ſequi iubet. armatos. Sed celeriora p̃pe oĩa imperio erant. Rapta ex
templo ſigna arma q. et uix ab impetu et curſu tenebantur. cũ ira ab ac
cepta nup̃ clade ſtimulabat. tũ concitatior accidens clamor ab increſcen
te certamine. Urgent itaq. alii alios. hortantur q. ſigniferos. ut ocius eant.
Quo magis feſtinantes uidet dictator. eo impenſius retentat agmẽ. ac ſenſim

·H· iiij^a pontifices· v· augures· de plebe om̄s allegerent. quem admodū ad· iiij· augurū numerum
incedere iubet· Etrusci contra principio exciti pugnę om̄ibus copiis aderant· et super
alios alii nunciant dictatori· om̄s regiones ętruscorū capessisse pugnā· Nec iam ab suis
resisti posse et ipse cernit· ex superiore loco· in quanto discrimine p̄sidiū eēt· cęterū sa
tis etiam nunc tolerando certamini legatū· nec pcul abeē periculi uindicem· quam max
ime uult fatigari hostem· ut integris adoriatur uiribus fessos· quamquā lente pce
dunt· iam tamen ad impetū capiunt· dū equiti utiq· modicū erat spaciū· Prima
incedebant signa legionū· ne quid occultū aut repentinū hostis sumeret· Sed re
liquerat interualla inter ordines peditū· quia satis laxo spacio equi pmitti possent·
Pariter sustulit clamorem acies· et emissus eques libero cursu in hostē inuehitur· in in
compositos q· aduersus equestrem pcellā subitum pauorē offundit· Itaq· ut ppe
serum auxiliū pęne circumuentis· ita uniuersa requies data est· Integri accepere pugnā·
nec hęc ex ipsa longinqua aut anceps fuit· fusi hostes castra repetunt· inferentibusq·
iam signa romanis cędunt· et in ultimā castrorū partē conglobantur· Herent fugi
entes· in angustiis portarū· pars magna aggerē uallūq· conscendit· si aut ex supe
riore loco tueri se aut superare aliqua et euadere posset· Forte quodam loco male
densatus ager pondere supstantiū in fossam pcubuit· atq· eua· cum deo spandere
uiam fugę conclamassent· plures inermes quā armati euadunt· Hoc p̄lio iterum
fractę ętruscorū uires· et pacto annuo stipendio· et duū mensiū frumento· pmissum
ab dictatore· ut de pace legatos mitterent romā· pax negata· inducię biennii
datę· Dictator triumphans in urbem redit· Habeo auctores sine ullo memorabi
li p̄lio pacatā ab dictatore ętruriā eē· seditionibus arretinorū compositis· et licinio gene
re cum plebe in gratiā reducto· Consul ex dictatura factus· m̄· ualerius· non
petentē atq· adeo etiā absentē creatū credidere quidā· et p interregem ea co
mitia facta· Id unū non ambigitur consulatū cum apuleio pansa gessisse· M̄· ua
lerio et· q̄· apuleio consulibus· satis pacatę res foris fuere· ętruscū aduersi belli
res· et inducię quietū tenebant· Samnitē multorū annorū cladibus domitū·
hauddū foederis noui poenitebat· Romę q̄q· plebē quietam et exoneratam
deducta in colonias multitudo prestabat· tamen ne undiq· tranquillę res
essent· certamen iniectū inter primores ciuitatis patricios plebeios q· ab
tr̄ pt q̄· et gn̄· oguiniis· qui undiq· criminandorū patrū apud plebem occasi
onibus quęsitis· postquā alia frustra temptata erant· eā actionē susceperunt·
